This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

~~Stack.~~
RBS

MUSEUM ASHMOLEANUM

EX LIBRIS

FRANCISCI JOANNIS HAVERFIELD

CENSORINUS
DE
DIE NATALI
EX RECENSIONE
ET
CUM ADNOTATIONIBUS
D. JOANNIS SIGISMUNDI GRUBER.

ACCEDUNT

INCERTI SCRIPTORIS FRAGMENTUM

ANTEA CENSORINO TRIBUTUM

NEC NON NOTITIA CENSORINIANA LITERARIA

ATQUE

INDICES COPIOSISSIMI.

EDITIO ALTERA.

NORIMBERGAE,
APUD J. L. S. LECHNER,
1810.

OLEAN
U M

CENSORINUS
DE
DIE NATALI
EX RECENSIONE
ET
CUM ADNOTATIONIBUS

D. JOANNIS SIGISMUNDI GRUBER,
REIP. NORIMB. CONSILIARII JUDICIIQUE CIVITATIS
ET CONSISTORIALIS, NEC NON JUDICII
PROVINCIALIS ADSESSORIS.

ACCEDUNT
INCERTI SCRIPTORIS FRAGMENTUM
ANTEA CENSORINO TRIBUTUM,
NEC NON NOTITIA CENSORINIANA LITERARIA
ATQUE
INDICES COPIOSISSIMI.

EDITIO SECUNDA EMENDATIOR.

NORIMBERGAE, 1810.

PRAEFATIO.

Novam hanc Cenſorini editionem caſui, quo hic auctor a me diu deſideratus in meas tandem pervenit manus, tantummodo eſſe adſcribendam, non eſt, quod inficias eam; mihi enim non ignotum erat, perpaucas exſtare editiones, et abhinc ſexaginta annis alteram Goetzii huius ſcriptoris iamiam prodiiſſe editionem, quae praeterea textum ſaltem exhibebat nudum.

Lectis variis doctorum virorum de Cenſorino iudiciis, inter quae illud Heineccii quam maxime deſiderium, hunc ſcriptorem evolvendi legendique, accenderet, commotus ſum, quum de iudicii veritate perſua-

perſuaſus convictusque eſſem, variaeque eruditionis documenta ipſo in libro mihi eſſent obvia, huic ſcriptori aliquid otii impendere, eumque adnotationibus paſſim illuſtrare.

Quod meum erat ſtudium, primum textum melius interpungendum, erroresque typographicos, qui mihi in oculos incurrebant, exſtirpandos curavi, deinde locis nonnullis, qui illuſtratione egere mihi videbantur, tum alia loca addidi congrua vel parallela, tum notas adſperſi, quae non rem tractatam modo attingunt, ſed etiam recentiorum opiniones de eadem re concernunt atque adfirmant.

Spero fore, ut viri docti meum conatum, hunc ſcriptorem non ſatis, ut par eſt, cognitum literarum cupidis de novo commendandi, meamque ad eum illuſtrandum adhibitam operam ne tetrica fronte excipiant, nec poſſum, quin profitear, me, ſi mihi vita contigerit, maiorem in poſterum eſſe paraturum editionem, quae Lindenbro-

denbrogii aliorumque commentarios contineat.

Notitiam Cenſorinianam literariam, quam Cel. D. Panzer, Senex Venerandus, ex ſuis Typographiae Annalibus benevole ſupplendam curavit, mecumque communicavit, et Cel. Nagelii, Profeſſoris quondam Altorfini, Programma loca quaedam Cenſorini emendans praemiſi, Varias Lectiones, quas ex Cenſorini editione Pariſienſi de anno 1519. antea nunquam collata excerpſi, quam Cel. D. Siebenkees, quae ſua eſt humanitas, ex Bibliotheca Altorfina, quum mea Cenſorini editio quidem usque ad pag. 96. typis jam eſſet mandata, una cum editione Havercampiana mihi expedite eſt ſuppeditatus, ad calcem addidi, atque Indices, quae editionem ornant Lindenbrogianam, adjunxi, rerumque Indices vero paſſim auxi, atque interpretationem, ubi eam neceſſariam duxi, addere non dubitavi, cum praeſertim non ignoro, indicem locupletem uſum libri

maximo-

maximopere promovere, et non iuventuti ſtudioſae tantum, verum etiam cuilibet literarum cultori aliquid utilitatis eſſe allaturum.

Dabam Norimbergae die V ante Idus Auguſti
MDCCCIV.

BREVIS

BREVIS NOTITIA LITERARIA
DE
CENSORINO
IN TRES AETATES DIGESTA *).

AETAS I. NATALIS.
Ab Editione prima uſque ad annum 1581.

Qua aetate Jo. Rivius, Aldus Manutius atque Elias Vinetus de Cenſorino ſunt meriti.

Censorinus de Die Natali. Epicteti Enchiridion interprete Angelo Politiano; Cebetis tabula. Basilius Plutarchus de invidia et odio. Bononiae per Benedictum Hectoris Bonon. MCCCCLXXXXVII. quarto idus Maii. fol.

Editio princeps Cenſorini. Maitt. p. 634. Bibl. Askew. p. 44. Roſſi p. 64. Bolong. Crevenna II. p. 126. Foſſi p. 512. Audiffr. p. 112. Panzer in Annal. Typogr. Vol. I. p. 234. n. 231.

Censo-

*) Quae editiones mihi fuere ad manum, aſteriſco ſignavi.

Censorinus de Die Natali. Nervae, Traiani et Adriani Caeſarum vitae ex Dione in Latinum verſae a Georgio Merula. Veſaeui conflagratio ex eodem Merula interprete. Cebetis tabula. Plutarchus de differentia inter odium et invidiam. Basilii oratio de invidia et epiſtola de vita ſolitaria, Latine. Pomponii Laeti Compendium Romanae hiſtoriae etc. *In fine.* Impreſſum Venetiis per Bernardinum Venetum de Vitalibus Anno domini MCCCCC Die XII Decembr. 4.

Vid. Annal. typogr. Vol. III. p. 477. n. 2646.

Index librorum: qui in hoc volumine continentur: Censorinus de die natali. Ad Q. Cerellium. Tabula Cebetis per Lodovicum Odaxium e graeco converſa. Plutarchus de Invidia et Odio. Basilii Oratio de Invidia per Nicolaum Perottum traducta. Basilii Epiſtola de Vita ſolitaria ad Gregorium Nazanzenum per Franciſcum Philelphum e graeco traducta. *Haec in fronte fol.* 1. a. Fol. eod. b. Ad nobilem Bartholomeum blanchinum Philippi Beroaldi Epiſtola *incipit, quae fol.* 2. a. *terminatur. Fol. eod.* b. Cenſorini opuſculum incipit. *In fine.* Finis. 4.

Vide Annal. typ. Vol. IV. p. 108. n. 303.

Index operum, quae in hoc volumine continentur: Censorinus de die natali liber aureus, olim mutilatus, nunc adiectis quatuor integris capitubus, innumeris paene

claufulis

clauſulis antiquae lectionis reſtitutus. Nervae Traianique et Adriani Caeſaris Vitae, ex Dione in latinum verſae a Georgio Merula. Item Veſaevi montis conflagratio ex eodem Merula interprete. CEBETIS Thebani tabula. PLUTARCHI libellus de differentia inter odium et invidiam. BASILII Epiſtola de vita ſolitaria. *In fronte inſign. typogr. cum inſcriptione:* Io. Iacomo c. frat. de Legnano (Typis Io. Angeli Scinzenzeler) Praecedit Editoris Thriſtani Chalci ad Stephanum Poucherium, quae data eſt: Mediolani anno 1503. (Ergo Mediolani 1503) 4.

Vide Annal. typogr. Vol. VII. p. 403. n. 218. Vol. XI. p. 484. n. 218.

Opuſcula quaedam literata Virorum doctorum Opuſculis Plutarchi praeiungenda.

Luciani de Virtute cum Mercurio in Iovem conquerente Dialogus folio. I.

Cenſorini de Die Natali Libellus. folio II.

Cebetis Thebani Tabula. folio. *In fronte inſign. typogr. cum inſcriptione:* I. P. (JEHAN: PETIT:) Venundantur a Joanne-Parvo et Jodoco Badio. Pariſiis in aedibus Aſcenſ. 1514. fol.

Vide Annal. typogr. Vol. VIII. p. 11. n. 697.

MACROBII Saturnalia et Somnium Scipionis. CENSORINUS de Die Natali etc. Venetiis in Aedibus Aldi et Andreae Aſulani Soceri MDXVII. menſe Aprili 8.

Vide

Vide Annal. typogr. Vol. VIII. p. 439. n. 842.

Eſt Editio ſpuria. Vid. Annales de l'Imprimerie des Aldes, ou Histoire des trois Manuce et de leurs Editions. Par Ant. Aug. Renouard. Tome I. (A Paris, chez Antoine-Auguſtine Renouard. XII—1803) p. 133.

*Macrobius Aurelius integer: nitidus: ſuoque decori ab Ioanne Ritio ſuperioribus annis: et nunc cura Aſcenſianorum: multo diligentius reſtitutus: cum indicio et amplo et veridico. Addito libello argutiſſimo Cenſorini de die natali: eo quod conſimilis ſit farraginis. *In fronte inſign. typogr. cum inſcriptione.* Prelū Aſcenſianū. I. B. Venundatur ab ipſo Iodoco Badio Aſcenſio. *In fine.* fol. XCI b. Macrobii Aurelii viri conſularis et illuſtris Saturnaliorū Libri nouiter recogniti inſinitiſque erroribus expurgati: additis nonnullis quae deſiderabantur ex auctoribus graecis: quam diligentiſſime nunc rurſūm impreſſi Parrhiſiis accuratione Aſcenſiana. Ad Kalendas Novembris. M.D.XIX. et fol. C. Finis. Apud Badium Nonis Nouemb. Anno. MDXIX. fol.

Editio rara, quae quibusdam in locis a lectione vulgata differt.

Exſtat in Bibliotheca Trewiana Altorfina.

Diſciplinarum liberalium orbis ex P. Conſentino et Magno Aurelio Caſſiodoro; it. L. Apu-

L. Apuleii Madaurenſis Libellus de Syllogiſmo categorico et Censorinus de die Natali. Baſileae excudebat Ioannes Bebelius Menſe Auguſto An. M.D.XXVIII. 4.

Vid. Annal. typogr. Vol. VI. p. 265. n. 708.

Macrobius in ſomnium Scipionis Saturnaliorum lib. VII, Censorinus de die Natali. *In fine.* Venetiis in Aedibus Aldi et Andreae Aſulani Soceri MDXXVIII. Menſe Aprili. 8.

Vid. Annal. typogr. Vol. VIII. p. 508. n. 1445. Renouard l. c. p. 185. n. 2.

Censorinus de die Natali cum animadverſionibus *Eliae Vineti*. Pictavii 1567. 4.

Vid. D. I. G. Hauptmanni Notit. Brev. Auct. Vet. Graecor. ac Latin. P. II. p. 263. n. LXVII. qui aſſerit, Cenſorinum cum Solino Pictavii 1568. 4. in lucem prodiiſſe.

Censorinus de die Natali. Roſtochii 1579. 8.

Vid. Hauptmann l. c.

AETAS II. LINDENBROGIANA.

Ab anno 1581 — 1743.

Censorinus de Die Natali cum perpetuo Commentario Henrici Lindenbrogſi, addito examine Variarum Lectionum Edit. Aldinae. Hamburgi 1581. 8.

Censorinus de Die Natali ex recenſione *Ludovici Carrionis* Lugduni 1593. 8.

Exſtat in Bibliotheca Trewiana Altorfina.

Censorinus de Die Natali Hamburgi 1614. 4.

Vid. Hauptmann l. c.

Censo-

CENSORINI de Die Natali Liber. Sovanii 1628. 8.
Vide Valentini Cammerer Antiquarii Erlangenſis Vollſtändigen Catalogum aller Bücher, welche bey ihm zu haben ſind II Band. (Erlangen 1802) pag. 162.

CENSORINUS de Die Natali ex recenſione et cum notis *Henrici Lindenbrogii.* Editio altera auctior et emendatior. Lugduni Batavorum. 1642. 8.

CENSORINUS de Die Natali. Cantabrigiae 1695. 8.

*CENSORINUS de Die Natali. Ex recenſione *Andreae Goetzii.* Altorphii ſumtibus Laurentii Schupfelii Academ. Bibliopolae 1742. 8.

AETAS III. HAVERCAMPIANA.

Ab anno 1743 — 1767.

*CENSORINI Liber de Die Natali *cum perpetuo Commentario* Henrici Lindenbrogii, nec non Notarum Spicilegio collecto ex Scaligeri, Meurſii, Salmaſii, Barthii, aliorumque Scriptis ut et C. Lucilii, *Satyrarum quae ſuperſunt* Reliquiae cum notis et animadverſionibus Franc. Jan. F. Douzae, Ex recenſione Sigeberti Havercampi, Cum indicibus locupletiſſimis. Lugduni Batavorum, apud Gerardum Potuliet, MDCCXLIII. 8. maj.

Exſtat in Bibliotheca Trewiana Altorfina.

*CENSORINUS de Die Natali. Ex recenſione *Andreae Goetzii.* Editio altera. Altorphii ex Schupfelii officina libraria 1744. 8.

Haec

Haec editio nova eſſe non videtur, ſed ſaltem titulus novus, quamvis in fine legatur: Cenſorini de Die Natali Librum diligenter atque venuſte impreſſit Joan. Georg. Meyerus Academ. Typogr. Altorphii CIƆIƆCCXXXXIIII. *quod etiam in fine editionis prioris eſt obvium.* Exhibet textum nudum atque ad calcem Vocabula Cenſorino ſoli uſurpata, quae digeſſit Jac. Moſantus Brioſius in Epiſtolis Cadomi, 1670. in 8. editis, ſunt adjecta.

Censorini Liber de Die Natali cum perpetuo Commentario Henrici Lindenbrogii, necnon Notarum Spicilegio collecto ex Scaligeri, Meurſii, Salmaſii, Barthii, aliorumque Scriptis ut et C. Lucilii Satyrarum quae ſuperſunt Reliquiae cum notis et animadverſionibus Franc. Jan. F. Douzae, Ex recenſione Sigeberti Havercampi. Lugduni Batavorum 1767. 8. maj.

Vide Verzeichniſs einer Sammlung sehr gut conditionirter Bücher aus allen Wiſſenſchaften und insbesondere der beſsten Ausgaben classischer Autoren. (Darmſtadt, 1803). pag. 29. n. 120.

TESTI-

TESTIMONIA ET IUDICIA
DE
CENSORINO
EJUSQUE FRAGMENTA.

SIDONIUS APOLLINARIS
Epiſtol. ad Polemium.

Quod ſi quis, ſecus atque aſſero, rem ſe habere cenſuerit, do quidem abſens obtrectatoribus manus: ſed noverint diſcrepantia ſentientes, ſententiam meam ſine M. VARRONE, ſine SERENO, non SEPTIMO, ſed SAMMONICO, ſine CENSORINO, qui *de die natali* illuſtre volumen confecit, non poſſe damnari.

MAGNUS AURELIUS CASSIODORUS
in Libro de Muſica.

Invenimus etiam CENSORINUM, qui ad Q. Cerellium ſcripſit *de natali die*: ubi, quoniam de muſica diſciplina, vel de alia parte matheſis, non negligenda diſſeruit, non inutiliter legitur, ut res ipſae penetrabilius animo frequenti moderatione condantur.

IDEM

IDEM
in Libro de Geometria.

Censorinus in libro, quem ſcripſit ad Q. Cerellium, ſpatia ipſa coeli, terraeque ambitum, per numerum ſtadiorum diſtincta curioſitate deſcripſit, quem ſi quis recenſere voluerit, multa philoſophorum myſteria, ubi legerit, agnoſcet.

IDEM
in principio de arte Grammatica.

Sed quamvis auctores temporum ſuperiorum de arte grammatica ordine diverſo tractaverint, ſuisque ſaeculis habuerint, ut Palaemon, Phocas, Probus, et Censorinus, nobis tamen placet in medium Donatum deducere.

IDEM
in Libro de Muſica.

Censorinus quoque de accentibus voci noſtrae adneceſſariis ſubtiliter * diſputavit, pertinere dicens ad muſicam: quem vobis inter caeteros tranſcriptum reliqui.

* *Non in Lib. de die natali, ſed in libro de accentibus.*

PRISCIANUS
Lib. primo.

Auctoritas quoque tam Varronis, quam Macri, teſte Censorino, nec *k* nec *q* neque *h* in numero adhibet literarum.

IDEM ibidem.

Quamvis et Censorino doctiſſimo artis grammaticae idem placuit.

IDEM

IDEM

Lib. quarto decimo.

Censorinus vero de his docet planiſſime in libro, quem de accentibus ſcripſit.

IDEM ibidem.

Quod Censorinus quoque de accentibus approbat, ſic dicens: Super, praepoſitio eſt, apud Virgilium primo Aeneidos (v. 750.):

Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa.

Salluſtius vero hiſtoriarum libro primo adverbium hoc protulit, *Ubi multa neſanda caſu ſuper auſi atque paſſi.* Sed mihi videtur Salluſtius quoque loco praepoſitionis hoc praepoſitere protuliſſe, ſed Virgilius in quinto (*ſecundo*) Aeneidos (v. 642. ſeq.) dixit,

— — ſatis una ſuperque
Vidimus excidia.

Adverbium ſine dubio hoc in loco accipitur. Idem Censorinus haec eadem ſubjungit. Poſt, eſt praepoſitio apud Virgilium in tertio Georgiç. (v. 213.)

Poſt montem oppoſitum

Idem primo Aeneidos (v. 140.) adverbium,

Poſt mihi non ſimili poena commiſſa luetis.

Ante, praepoſitio eſt. Virgilius in primo Georgic. (v. 125.)

Ante Jovem nulli ſubigebant arva coloni.

ut in tertio Aeneidos (v. 385.) adverbium,

Ante et Trinacria lentandus remus in unda.

Supra

Supra, praepoſitio. Virgilius in quinto (*tertio*) Aeneidos (v. 194)

Olli caeruleus ſupra caput adſtitit imber.

Adverbium, Terentius in Andria (Act. I. Sc. 1. v. 125),

Prope adeſt, cum alieno more vivendum eſt mihi.

Ultra, praepoſitio apud Salluſtium * in Jugurthino, *Maurique vanum genus, ut alia Africae, contendebant, Antipodas ultra Aethiopiam cultu Perſarum, juſtos et egregios agere.* Adverbium, *Lego aſſidue, nihil ultra faciens.* Haec Censorinus, ut ſupra dixi, de accentibus tractans.

JOS. SCALIGER

Lib. III. Emend. Temp.

Censorinus ſcribebat aureolum libellum ſuum de die Natali anno Chriſti Dionyſiano 238, cyclo Solis XXIII, Lunae XI: quod cognoſcimus ex anno Iphiti 1014, quo ineunte a diebus aeſtivis ea ſcribebat eximius ille et doctiſſimus temporum et antiquitatis vindex. Is igitur ſcribit, eo anno Thoth Nabonaſſari noningenteſimum octageſimum ſextum incurriſſe in a. d. VII. Kalend. Julias: hoc eſt, in XXV. Junii, abjectis 28. de 986, remanet annus cycli Solis Nabonaſſari ſextus.

DAN. GEORG. MORHOFIUS

de legendis, imitandis, et excerpendis auctoribus
P. I. cap. 3. §. 18. pag. 55.

Censorinus *de die natali* librum ſcripſit, qui antiquarios juvare poterit. In ſtilo et dictione, ſi pauca exceperis, non adeo reprehendendus.

OL. BORRICHIUS
in Conſpectu Scriptor. L. L. §. XXXXIII. pag. 51.

Censorini opuſculum *de die natali* varia de temporum ordinatione, de muſica, de annis Graecis, Romanis, Aegyptiacis erudite tradit, ſtilo non inculto, ſed qui ad puritatem argentei aevi non accedat.

JAC. MOSANTIUS BRIOSIUS
in Epiſtolis.

Ambo Gellius dico et Censorinus, terſiſſimi, et, qui communi doctorum ſententia inter claſſicos auctores recenſentur: ſed quorum tamen in ſingula verba non niſi caute iurare velim.

JO. ALB. FABRICIUS
in Bibliotheca Latina Vol. I. Lib. III. Cap. 4. §. III. pag. 537. ſeq.

Censorinus doctiſſimus artis grammaticae, ſaeculo decimo ab V. C. anno nempe Vrbis IϽCCCCLXXXXI ſcripſiſſe ſe innuit, Ulpio et Pontiano Coss. Anno Chriſti CCXXXVIII. Clarus (Romae, ut opinor,) temporibus Alexandri Severi, Maximiniani, Gordiani. Exſtat eius liber aureolus et variis doctrinae et ingenii luminibus illuſtris *de die natali*, ſive *de humana origine ad Q. Cerellium*, equeſtris ordinis virum, quem Cap. XV. ſanctiſſimum vocat et officiis municipalibus functum, ſacerdotiique honore in principibus civitatis ſuae conſpicuum fuiſſe teſtatur.

JOAN.

JOAN. GOTTL. HEINECCIUS
in Fundamentis Stili Cultioris P. III. Cap. I. §. 7. Edit. Niclas. p. 432.

Censorinus, quem ſub Alexandro Severo vixiſſe conſtat, librum ſcripſit aſtrologica mathematicaque (i. e. chronologica,) doctrina refertiſſimum, *de die natali*. Stilus ſimplex eſt, nec plane contemnendus.

JOAN. GEORG. WALCHIUS
in Hiſtor. Critic. L. L. Cap. I. §. XVI. pag. 95.

Censorinus, qui librum ſcripſit *de die natali*, Ulpio et Pontiano conſulibus, id eſt, anno primo imperatoris Gordiani. Ipſum opus eruditum eſt, et chronologis magnum emolumentum affert; dictio vero pro ſaeculi ratione ſe exhibet.

CAROL. HENRICUS LANGIUS
in Inſtitutt. Stili Rom. P. III. Cap. I. §. 6. pag. 351.

Censorinus, artis grammaticae doctiſſimus, floruit ſub Alexandro Severo, Maximiniano et Gordiano, ſcripſiſſe ſe innuit Anno Chriſti CCXXXVIII: libellus *de die natali* laudatiſſimus eſt eruditis, etſi, pro temporum ratione, ſtilo non eleganter excultus.

D. J. G. HAUPTMANN
in Notitia Breviori Auctorum veterum Graecorum et Latinorum. (Gerae et Lipſiae, 1779. in 8.) Part. Poſter. §. LXVII. pag. 263. ſeq.

Censorinus Romanus, artis grammaticae doctiſſimus, 2) ſcripſit circa annum a Cristo nato 238. a. v. 991. librum elegantiſſimum *de die natali* ſive *de humana origine*, 3) qui quidem li-

 bellus,

bellus, tam aliis ſubiunctus, quam ſeorſum, ſaepius exſtat editus e. g. Mediolani 1503. v. nou. miſc. Lipſ. VI, 144. ſeq. Pariſ. 1519. f. Macrobio ſubiectus; Baſ. 1528. 4. cum excerptis ex grammatico Conſentio; it. cum Solino Pictauis 1568. 4. Roſtochii 1579. 8. Hamburgi 1614. 4. Cantabrigiae 1695. vt demum huius libelli editio comparuit Altd. ex recenſ. Andr. Goetzii, quae paucis menſibus diſtracta et altera 1744. 8. ſequuta fuit. 5) Ill. Aldus Manutius, Heinr. Lindenbrog, Petr. Jo. Nunneſius cet. 6) Libelli pretium apud litteratos luculenter ſatis patet, ſi vel elogia, quae Goetzius collegit, ignoraremus. 7) Fabric. III, 4, 3.

JOHANN JOACHIM ESCHENBURG

im Handbuch der klassischen Litteratur. (Berlin und Stettin, 1787. gr. 8.) pag. 266.

Censorinus, im 3ten Iahrhundert, berühmt durch seine Schrift *de die natali*, die er seinem Freunde Q. Cerellius an dessen Geburtstag widmete, und worin viele Gelehrsamkeit enthalten ist. Vorzüglich betrifft sie die Zeiten des menschlichen Lebens, der Tage, Nächte, Monate, Jahre etc. meistens philologisch betrachtet. Von seiner verlohrnen Schrift über die Accente findet man einige Stellen beym Priscian. Ausgabe von Lindenbrog, Leiden, 1642. 8. von Havercamp, ebend. 1743. 8.

EXTRA-

EXTRACTUS

EX BERNARD. FRIDER. HUMMEL

Neuen Bibliothek von ſeltenen und ſehr ſeltenen Büchern und kleinen Schriften III. Band *X. Stück nr. CXXIX. pag.* 131 — 138.

Cenſorinus de die natali. Pariſ. 1514. fol. 8. Bög.

Cenſorinus wird zwar nicht häufig mehr geleſen, hat manche phyſiſche und philoſophiſche Grille, über die man heut zu Tag lacht; aber doch auch viel Gutes, das die pythagoriſche Philoſophie und die Zeitrechnung der Römer aufklärt, und zeigt durchaus viele Beleſenheit: ſo daſs *Sidon. Apollinaris* gleichwohl nicht unrecht hat, wenn er dieſes ſein Buch *volumen illuſtre* nennt. Es lieſſen ſich mehrere vortheilhafte Urtheile davon zuſammen bringen: da aber ſolche in *Fabricii biblioth. lat. T. III. p.* 73. *ſeq. (edit. Erneſt.)* und bey der *A. Götziſchen* Ausgabe, Altdorf 1742. 8. gröſtentheils geſammelt ſind; ſo iſt es mir mehr darum zu thun, meine Leſer mit einer ſehr ſeltenen Ausgabe bekannt zu machen. *Fabricius* bemerkt zwar ſolche, hat ſie aber wohl ſelbſt nicht geſehen: ſonſt würde er ohne Zweifel dabey angezeigt haben, daſs ſie

nicht

nicht sowohl als ein besonderes Buch, sondern als eine Zugabe zu den *Opuſculis Plutarchi*, die 1514. zu Paris nach verschiedenen lateinischen Übersetzungen zusammengedruckt wurden, erschienen sey, ob sie gleich auch übrigens (weil sie ein eignes Titelblatt hat) für ein einzelnes Buch gelten kann. Auf selbigem lieset man:

Opuſcula quaedam literata Virorum doctorum Opuſculis Plutarchi praeiungenda.

Luciani de Virtute cum Mercurio in Jovem conquerente Dialogus. folio. I.

In quo id pium eſt licet ſorte non ſat pio animo dictum, Jovem quoque debere Fortunae diuinitatem acceptam ſerre. Cum enim neque natura neque meritis deus ſit, fortuita quadam opinione deus habitus eſt, cum multi longe meliores pro deis recepti non ſint. Si uero ne Juppiter quidem verus deus, ergo nec caeteri quos gentilitas aſſeruit. Nobiſcum ergo ſentit hominum deorumque deriſor maximus: ſed minus lucide, cum verum lumen non agnovit.

Cenſorini de Die Natali Libellus. folio. II.
Cebetis Thebani Tabula. folio. XIII.

Unter diesem ziemlich langen Titel steht *Jean Petit* Buchdruckerzeichen, nemlich in einem mit allerhand Laubwerk verzierten Viereck hält ein Löw und ein Tiger einen Schild, auf welchem die Buchstaben *J. P.* unten aber in einer Querleiste JEHAN: PETIT: zu lesen ist. Noch

weiten

weiter unten heisset es: *Venundantur a Joanne Parvo et Jodoco Badio. Rothscholz* hat es n. 85. aber etwas verändert, und den Tiger auch für einen Löwen angesehen. Vier in Holz geschnittene breite mit altmodischen Zierrathen versehene Leisten machen die Einfassung des Titelblats aus. Auf der andern Seite befindet sich der vorgedachte *Dialogus Luciani* nach *Caroli Aretini* lateinischer Ubersetzung, mit fol. 2. aber gehet *Cenſorini opuſculum* an, ist in 19 Capitel eingetheilt, da die späteren insgemein 24. haben, und endiget sich mit fol. 10 b. Hieraus wird das Äuſserliche dieses Werkgens hinlänglich zu erkennen seyn. Da aber in der That gute Lesearten in demselben geſunden werden; so ist es dem philologischen Leser ohnſehlbar angenehmer, wenn ich einige derselben mittheile, als wenn ich durch Beschreibung aller Kleinigkeiten Zeit und Papier verderbe.

Gern hätte ich die *Cambridger* oder *Haverkamps* Ausgabe dabey zum Grunde gelegt: ich konnte aber derselben nicht habhaſt werden und muste mich begnügen, die 1742. zu Altdorf *e recenſ. Andr. Goetzii* erschienene (womit Fabricii biblioth. lat. noch zu vermehren ist) mit dieser alten Ausgabe zu vergleichen, welche, wie es in der Vorrede heiſst, nach den besten und alten Ausgaben abgedruckt seyn soll. Lesearten, die ich für besser halte, sind entweder durch andere Schrift unterschieden, oder mit einigen Gründen versehen, aus denen ich, selbigen den Vorzug einzuräumen, befugt zu seyn glaube.

Edit.

Edit. Altorf. 1742.	Edit. Pariſ. 1514.
Cap. 1.	Cap. 1.
aut ex ethica parte philoſophiae praecepta cet.	aut *hic apertae* philoſophiae praecepta cet.
vel facunde praedicantur	vel *familiariter* praedicantur
Cap. 2.	Cap. 2.
ut Varro teſtatur in eo libro, cui titulus eſt Atticus, et eſt de numeris	ut Varro — titulus eſt *Articulus*: ſ. de numeris
	Varro hat zwar ein Buch *de vita populi Rom. ad Attic.* geschrieben: allein da solches Roms Staatsverfassung zum Gegenstande gehabt haben soll: so ist es mir wahrscheinlicher, daſs dieser *liber Articulus* eins von denen *libris diſciplinar. ad Coel. Ruf.* gewesen sey; zumal da auch *liber de arithmetica* mit darunter war. S. Fabricii bibl. lat. T. I. p. 125.
genio factum	genio *facta* —
natali veneremur	natali *veneretur,*
ab utero matris exceptos	ab utero matris *acceptos*

Edit.

Edit. Altorf. 1742.	Edit. Pariſ. 1514.
Cap. 4.	Cap. 3.
hac aeſtimatione verſati	hac *exiſtimatione* verſati
Haec eadem opinio etiam in Parmenide, vel in Ste * fuit, pauculis exceptis ab Empedocle diſſenſis. a).	Haec eadem — in Parmenide *vel inſerta* * fuit pauculis exceptis ab Empedocle *diſſentiente.*
mutua caede inter ſe necatis	mutuo inter ſe necatis
C. 6.	C. 5.
in quo eſt animi principale.	in quo — principale *cerebrum.*
C. 17.	C. 17.
Herodicus annos quinque	*Heraclitus* annos quinque *ist ohne Zweifel besser.*
Rituales Etruſcor. libri.	Rituales Hetruſcor. omiſſ. *libri.*
C. 8.	C. 8.
— dicunt, vitamque noſtram ſtellis tam vagis, quam ſtatis eſſe ſubiectam cet.	dicunt *actum* vitamque noſtram ſtellis tam vagis, quam *ſtantibus* eſſe ſubiectam
omnes diſpari ſua temperatura	omnes hac *ſua diſparilitate*

Zur

a) Unser hochberühmter Herr Prof. *Nagel* verbessert diese Stelle also: in Parmenide *Velienſi,* welches grosse Wahrscheinlichkeit hat. Ich würde *in Steſichoro* muthmassen, wenn nicht dieser Gelehrte mehr Dichter, als Philosoph gewesen wäre. Bey *vel inſerta* kommt auch ein ganz guter Verstand heraus.

Zur Probe mag dieses genug seyn! Ohne Zweifel aber würde sich bey einer neuen Ausgabe von unserer alten guter Gebrauch machen lassen; nur in der Kapitelordnung dörfte man ihr nicht folgen: denn diese ist verworren, oft unnatürlich und nicht so gut, als man sie in den neuern Ausgaben antrift. Auch davon will ich eine Parallele mittheilen:

Editio antiqua.	*Editio Goetziana.*
Cap. 1.	Cap. 1. 2.
2.	3.
3.	4.
4.	5.
5.	6. 10. n. 7. 15. 16.
6.	17. n. 1 — 10.
7.	7.
8. 9.	8.
10.	9.
11.	10.
12.	11. 12.
13.	13.
14.	14. 17. n. 10. ad fin.
15.	18.
16.	19.
17.	20. 21.
18.	22.
19.	23: 24.

So weit erstreckt sich eigentlich *Cenſorinus de die natali;* es gehet aber fol. XI. ein anderes kleines Werkgen oder vielmehr Fragment an: *De naturali inſtitutione,* welches man *Cenſo-*

rino

rino ehedem auch zuschrieb und seinen Ausgaben mit beygesellte. Allein man zweifelt aus guten Gründen daran und eignet es einem unbekannten Verfasser zu. *) Es lauſt mit dem vorhergehenden in der Kapitelzahl fort. Denn so handelt *Cap.* 20. *de naturali inſtitutione.* 21. *de formis.* 22. *de figuris.* 23. *de poſtulatis.* 24. *de Muſica.* 25. *de rhythmo.* 26. *de modulatione et carminum ſpeciebus.* 27. *de metris et pedibus.* 28. *de legitimis numeris.* Da ich blos auf *Cenſorin. de die natali* mein Absehen habe: so sage ich davon eben so wenig, als von der fol. XIII. noch folgenden lateinisch übersetzten Tafel des Cebes, welche die Ueberschrift hat:

> *Cebetis Thebani* Tabula, e graeco in latinum converſa per *Ludovicum Odaxium Pataui-num.*

Sie erfüllet 6 Seiten, ist oft unverständlich und weichet von derjenigen Übersetzung, die der schönen Ausgabe *Cebetis Amſt.* apud Wetstein 1750. 12 mai, beygefügt ist, stark ab.

---

*) S. *Fabricii* bibl. lat. Vol. III. p. 74. edit. Ernesti

JOHAN-

JOHANNIS ANDREAE MICHAELIS NAGELII

ELOQ. LING. ORIENT. METAPHYS. ET MORALIUM QUONDAM P. P. ET BIBLIOTHECARII IN ACADEMIA ALTORFINA

PROGRAMMA

LOCA QUAEDAM CENSORINI EMENDANS.

§. I.

Egregius eſt ſcriptor CENSORINUS, cuius libellus *de die natali* adhuc exſtat, et paſſim a viris doctis laudatus eſt. Sic, ut iam alios taceamus, JOANNES GUILIELMUS BERGERUS de *naturali pulchritudine orationis etc.* in *praefatione, lit. p.* 3, eius ſtilum probat, et ait: *nec in Plinio iuniore, Tranquillo, Juſtino, Minutio Felice, Cenſorino, Cypriano, Lactantio in primis, Aurelio Victore, Severo Sulpicio, Leone M. Salviano, aliis, Romani oris cultum non reperio-*

periamus. Nec res in Censorino occurrunt contemnendae; unde in *catalogo bibliothecae Schraderianae,* dudum ab eruditis care aeſtimato, *parte priori,* num. 1014, haec de Censorino leguntur: *Censorini lib. de die natali, Lugd. B.* 1642. *In hoc libro et eximiae res, et notae operae conſentientes reperiuntur. Schurzfl.* Verum enim vero, ut plerumque veterum monimentis contigit, ut mendis ſcribarum inquinata prodierint: ita quoque Censorinus in hoc tempus, in variis locis, corruptus legitur. Senſit ita iam ſuo tempore Janus Guilielmus, qui *libro tertio veriſimilium, cap. V. pag.* 77: *Luculentus,* inquit, *ſcriptor Cenſorinus eſt, quemque magnopere intererat rei literariae minus aliquando depravatum manibus eruditis teri.* Fuere quidem poſthaec, qui Censorino explicando et purgando operam darent, inter quos, in primis Henricus Lindenbrogius eminet; aſt adhuc tamen optimae editiones, nimirum Henrici Lindenbrogii *Lugd. Bat.* 1642, ordine duodecimo; *Cantabrigienſis,* 1695, eiusdem formae; et recentiſſima Sigeberti Hauercampi *Lugd. Bat.* 1743, ordine octavo, procuſae, non ſine locis, quae emendatione egent, evulgatae ſunt. Quum autem nobis in praeſenti opportunitas contigerit nonnihil ſcribendi, loca quaedam Censorini tentabimus, et periculum faciemus ea ſanandi. Primus locus, quem tangere inſtituimus, et aperte pravus eſt, habetur cap. IV, §. 8, ubi haec reperiuntur: *Haec eadem opinio etiam in Parmenide*

menide vel in Ste fuit, paucillis exceptis ab Empedocle diſſenſis.* Qui locus in tribus editionibus modo laudatis hoc pacto impreſſus conſpicitur. Henr. Lindenbrogius ad eum haec annotavit: *Locus mutilus nec facilis emendatu absque ope MS. Cod. In aliis exemplaribus eſt:* inſerta fuit. *Juſtus Lipſius Libr. III. phyſiol. Stoic. cap. IIII, legendum putat:* in Zenone, vel in Parmenide, et Veliate Zenone. Quibus Lindenbrogianis annotatis in *exemplo Cantabrigienſi*, et in editione Havercampi haec addita ſunt: *Meurſius ſupplendum exiſtimat:* Parmenide Meliſſove. *Rutgerſius legit:* Parmenide Veliate, *id eſt*, Eleate. *Velia enim eadem cum Elea, teſte Plinio* L. II, c. 5. *in fine. Denique Barthius teſtatur, membranas Colon. habere:* in Parmenide gellio ſtabone fuit. *Cum vero ipſe, quid de hoc ſit ſentiendum, non dixerit, liceat conicere, legendum eſſe:* in Parmenide, vel in Stratone fuit. *aut potius:* in Parmenide Veliate, et Stratone fuit. *Nam Strato, cuius vitam ſcripſit Diog. Laërtius, libros περὶ ἀνθρωπί νης φύσεως, et περὶ μίξεως ſcripſit; ſed neque ignotus Cenſorino fuit; citatur enim cap. 7, p. 36.* Tandem editio Havercampi in varia lectione huius loci habet: *Germ. et Ald. inſerta; al. ut et Lugd. Bat. vel in Sterte.* Quod ſi nunc ex vocibus et literis huius loci veram lectionem, et quid ipſe Censorinus ſcripſerit, elicere cupimus, nulli dubitamus, verba ita eſſe conſtituenda: *Haec eadem opinio etiam in Parmenide Velienſi fuit.*

fuit. Rationes autem emendationis noſtrae hae ſunt. Primum haec emendatio optime cum reliquiis literarum vocumque, quae in libris nobis notis occurrunt, congruit; quae ratio emendandi merito approbari ſolet. Deinde ita toti ordini ſcribendi CENSORINI, quem in hoc capite, iam a §. 7. ſervat, recte conſulitur. Recenſet enim hic et in ſequentibus ſingulos, non plures ſimul, philoſophos, eorumque ſententias. Quemadmodum enim §. 7. ANAXIMANDRI, deinde EMPEDOCLIS, et porro DEMOCRITI, aliorumque, ſed ſingulorum ſigillatim mentionem fecit, ita ſine dubio hoc ipſum, in medio ſermone, dum PARMENIDEM laudat, obſervavit, eumque ſolum nominavit. Unde neque ZENO, neque alius hic apud PARMENIDEM inculcandus eſt philoſophus. Quumve praeterea ANAXIMANDRUM a patria dixerit Mileſium, DEMOCRITUM vero Abderitam; quidni et PARMENIDEM itidem a patria, urbe Velia, Velienſem appellaverit? PARMENIDEM autem Veſia oriundum fuiſſe, conſtat; quod breviter ita exponit CONSTANTINUS LASCARIS, de *ſcriptoribus Graecis; patria Calabris,* apud FABRICIUM *bibl. Graecè volum. ultimo, pag.* 26. *num.* 31: *Parmenides*, inquit, *Pythagoricus Philoſophus Heleata, ab Helea civitate Phocenſium vetuſta, quam a fonte quodam Helam vocabant, inde vero Heliam et Veliam, etc.* Voce autem *Velienſis*, Cicero, aliique uſi ſunt ſcriptores probi.

§. II.

§. II.

Numeros in libris vetuſtis crebro male ſcriptos, et ſic typis excuſos eſſe, res nota eſt; ac deprehendimus etiam eiusmodi vitium inſidere locum Cap. XI. Censorini, qui §. 11. ita legitur: *Quod vero ambo partus videntur paribus dierum numeris contineri, Pythagoras imparem laudet, tamen a ſecta non diſcrepat: duos enim impares* CCVIIII *et* CCLXXVIIII *dicit expleri; ad quorum conſummationem aliquid ex ſequentibus accedere, quod tamen diem ſolidum non afferat.* Vbi omnes libri noſtri, loco poſteriori, numerum habent CCLXXVIIII, Havercampus vero in lectionibus variis haec attulit: *Lugd. Bat. duos enim impares* CCVIII *et* CCLXXIII. Vti autem in hac varia lectione Havercampi, pro numero CCVIII, numerus CCVIIII ſubſtituendus eſt, ita poſterior numerus CCLXXIII omnino verus eſt, quod hoc modo demonſtramus. Legitur iam §. 2. *huius cap.* partum minorem ab utero exire die CCX; maiorem vero CCLXXIIII; item §. 8. refert auctor noſter, quod ad partum maiorem attineat, dies XXXX per ſeptem initiales multiplicari, atque ita, quod utique verum eſt, effici dies CCLXXX, et inde decedere ſex dies, et hoc modo CCLXXIIII obſervari. Iam in fine capitis, et ipſo loco noſtro, dicit ab allatis ſententiis Pythagoram non diſcrepare, licet imparem dierum numerum laudet, *quod ad conſummationem aliquid ex ſequentibus accedat, quod tamen diem ſolidum non afferat.* Hinc certiſſime perſpicitur et comprehenditur in fine capitis,

ſive

ſive loco, de quo agimus ſuperiores numeros, demto ſingulis uno, adeſſe debere. Quodſi autem utrisque numeris CCX, et CCLXXIIII, unicuilibet auferamus unum, numeri CCVIIII, et CCLXXIII, non autem CCVIIII, et CCLXXVIIII, uti libri noſtri habent, prodeunt.

§. III.

Tertius locus, qui nobis vitioſus eſſe videtur, capite XVII, §. 5, his continetur verbis: *Sed, licet veritas in obſcuro lateat, tamen in unaquaque civitate, quae ſint naturalia ſaecula, rituales Etruſcorum libri videntur docere: in quis ſcriptum eſſe fertur, initia ſic poni ſaeculorum. Quo die urbes atque civitates conſtituerentur: de his, qui eo die nati eſſent, eum, qui diutiſſime vixiſſet, die mortis ſuae primi ſaeculi modulum finire, eoque die, qui eſſent reliqui in civitate, de his rurſum eius mortem, qui longiſſimam aetatem egiſſet, finem eſſe ſaeculi ſecundi. Sic deinceps tempus reliquorum terminari. Sed ea, quod ignorarent homines, portenta mitti divinitus, quibus admonerentur, unumquodque ſaeculum eſſe finitum.* Unde manifeſte comprehenditur, Censorinum hic aſſeverare, fines ſaeculorum ex ritualibus Etruſcorum libris conſtare, ſed, qui verum ignorent, *credere*, eos, portentis miſſis, cognoſci. Hunc autem unum verumque ſenſum eſſe verborum horum, totus ſermo oſtendit. Aſt, hoc poſito, circa verba: *ſed ea, quod ignorarent homines, portenta mitti*, hiulcus eſt ſermo, quod

verbum aliquod deeſt, quod indicet, non mitti revera portenta, quae fines ſaeculorum prodant. Nam Censorini ſententiam eſſe, non mitti portenta dictae rei cauſſa, quamvis id homines veritatis ignari arbitrentur, inde clariſſime patet, quod ipſe antea rationem conſtituendorum et terminandorum ſaeculorum ex ritualibus Etruſcorum libris enarravit, eamque plane aliam, quam quae, miſſis portentis, indicetur. Hinc verba mutila ita refingere inſtituimus, ut primum malam tollamus interpunctionem, et comma poſt pronomen *ea* abiiciamus, ac deinde verbum *putare* ante vocabulum *portenta* verbis Censorini inſeramus, ac totum locum ſic conformemus: *Sed ea, quod ignorarent homines, putare, portenta mitti, divinitus, quibus admonerentur, unumquodque ſaeculum eſſe finitum.* Res mira quidem eſſe videtur, omnes ſupra a nobis laudatas editiones in falſa lectione, ſine indicio mendi aut defectus huius loci, conſpirare, ſed et conſtat, ſaepe ex locis auctorum veterum voces aliis, literis quodammodo ſimiles excidiſſe. At ſunt in ſimilitudine voces, *putare*, et *portenta*; unde nulli dubitamus, nos hunc locum rite ſanaſſe. Neque enim contra nos aliquid valet, quod ipſe Censorinus ſtatim poſt locum noſtrum narrat, Etruſcos eiusmodi portenta, quae fines ſaeculorum aperiant, in libros ſuos retuliſſe. Hoc enim fallendi cauſſa fecerunt, ut ne omnes homines noſſent ſaeculorum terminos conſtituere, ſed ut haruſpices haberent, quod credulis hominibus, cum lucro ſuo, interpretarentur, et agendum mandarent.

§. III.

§. IV.

Capite XXI, §. 12. haec legimus: *Initia autem iſtorum annorum propterea notavi, ne quis eos aut ex Kal. Ian. aut ex alio aliquo tempore ſimili putaret incipere: cum his conditorum voluntates non minus diverſae ſint, quam opiniones philoſophorum.* Hic neminem non videre credimus, in verbis *cum his* etc. duri aliquid atque incomti ineſſe. Nos hic particulam *in* ante pronomen *his* periiſſe putamus, quod facile in ſcriptura exigua contingere potuit, ubi vocula *in,* ſi punctum elementi *i* omittatur, plane cum litera ultima vocis *cum* congruit, unde ſcriba opinatus eſt, *m* ſine puncto eſſe ultimam, eumque falſo repetitam, literam voculae *cum.* Quemadmodum enim Cicero dixit: *diverſa Catilinae ſtudia in diſſimili ratione;* ita hic Censorinum ſcripſiſſe cenſemus: *cum in his* (initiis) *conditorum voluntates non minus diverſae ſint;* et quae ſequuntur. Pronomen *his* enim hic recte ad remotius vocabulum *initia* refertur, ut apud Ciceronem de *officiis* libr. II, ubi ait: *Hanc ego conſuetudinem benignitatis largitioni munerum antepono. Haec* (i. e. benignitas) *eſt gravium hominum, atque magnorum, illa* (largitio) *quaſi aſſentatorum populi.* Quidum conſentit in hoc genere Fabius libr. X, cap. II.: *Quo ſit,* inquit, *ut minus ſanguinis, et virium declamationes habeant, quam orationes, quod in illis* (orationibus) *vera; in his* (declamationibus) *aſſimulata materia eſt.* Vid. Melchioris Inchoferi *hiſtoriam ſacrae Latinitatis libr.* II. *cap.* XV. *p.* 142.

§. V.

Ultimus, quem iam excutiemus, locus legitur cap. XXIII in fine, hoc modo: *Alii diem quadripartito, ſed et noctem ſimiliter, dividebant: idque ſimilitudo teſtatur militaris, ubi dicitur, vigilia prima, item ſecunda, et tertia, et quarta.* Hic nobis verbum *ſimilitudo* ſuſpectum eſt. Auctor noſter loquitur de diviſione militari in vigilias; et quid huc facit ſimilitudo? Havercampus in variis lectionibus haec habet ad hunc locum: *Germ. et Ald. id ſimilit.* quae literae nobis antiquam veramque lectionem liquide oſtendere videntur. Sumimus, literas olim in compendiis ſcribendi ita extitiſſe: i. dſi. milit. unde pulchra et rei accommodata haec nobis prodit lectio; *idque diviſio militaris teſtatur.* Et quid aptius ſit hac lectione ex nexu ſermonis et veſtigiis literarum deſumta? Ceterum pertinet huc Vegetius *libr.* III, *c.* VIII. *Et quia,* inquit, *impoſſibile videbatur in ſpeculis per totum noctem vigilantes ſingulos permanere, ideo in quatuor partes ad clepſydram ſunt* diviſae vigiliae, *ut non amplius quam tribus horis nocturnis neceſſe ſit vigilare.*

§. VI.

Et haec ſunt, quae in praeſens commentari voluimus. Reſtat adhuc, ut omnibus, quibus literarum ſtudia atque exercitia curae cordique ſunt, egregium modeſti, et literarum ſtudioſiſſimi adoleſcentis inſtitutum commendemus, Domini Johannis Gottfridi Seidelii, Onoldini; qui, uti domi

domi a Docto Domino Patre ſuo bonas literas et ſcientias rite aeſtimare didicit: ita quoque in hanc eruditionis ſedem delatus, ad eas diligenter in hoc tempus incubuit. Edet cras, Deo propitio, hora ante meridiem nona, diligentiae ſuae laudabile ſpecimen, et *de animi morbis eorumque remediis*, pro virili, dicet. Cui bono ſtudio ut Magnificus Academiae Dominus Rector, Generosissimus agri oppidique Altorfini Dominus Praefectus; Celeberrimi Domini Professores, et Cives genere et doctrina Nobilissimi, benigne et comiter adeſſe, et recitaturum ſua praeſentia honorare, velint, debita obſervantia, dataque opera, rogo atque contendo.

P. P. D. XXVII. Novembr. A. O R. cIↄIↄccLIII.

SUMMA

SUMMA CAPITUM IN CENSORINO.

Cap. I. Praefatio ad Q. Cerellium. Pag. 1
Cap. II. Cur Genio mero, et quo modo ſacrificetur? 6
Cap. III. Genius quid ſit? et unde dicatur? 9
Cap. IV. Variae opiniones veterum philoſophorum de generatione. 11
Cap. V. De ſemine hominis; et e quibus partibus exeat? 21
Cap. VI. Quid primum in infante formetur? et quo modo alatur in utero? Cur mas aut femella naſcatur? Cur gemini? de conformatione partus. 23
Cap. VII. De temporibus, quibus partus ſolent eſſe ad naſcendum maturi, deque numero ſeptenario. 29
Cap. VIII. Rationes Chaldaeorum de tempore partus; item de Zodiaco et de conſpectibus. 33
Cap. IX. Opinio Pythagorae de conformatione partus. 39

Cap. X.

Cap. X. De Muſica, eiusque regulis. Pag. 40
Cap. XI. Ratio Pythagorae de conformatione partus confirmata. 46
Cap. XII. De laudibus muſicae, eiusque virtute, item de ſpatio coeli, terraeque ambitu, ſiderumque diſtantia. 51
Cap. XIII. Diſtinctiones aetatum hominis ſecundum opiniones multorum; deque annis climactericis. 57
Cap. XIV. De diverſorum hominum clarorum tempore mortis: deque laudibus Q. Cerellii. 60
Cap. XV. De tempore et aevo 67
Cap. XVI. Saeculum, quid ſit ex diverſorum definitione: itemque ex libris Ritualibus Etruſcorum. 70
Cap. XVII. Romanorum ſaeculum, quale ſit? de ludorum ſaecularium inſtitutione, eorumque celebratione usque ad Impp. Septimium et M. Aurelium Antoninum: item de die natali Q. Cerellii. 72
Cap. XVIII. De anno magno, ſecundum diverſorum opiniones: item de diverſis aliis annis: de Olympiadibus, et luſtris, et agonibus Capitolinis: et quo anno hic liber ſcriptus ſit? 82
Cap. XIX. De annis vertentibus diverſarum nationum. 89
Cap. XX. De anno vertente Romanorum, deque illius varia correctione, de menſibus et diebus intercalariis: de

diebus

diebus ſingulorum menſium: de annis Iulianis. Pag. 92

Cap. XXI. De hiſtorico temporis intervallo, deque adelo et mythico: deque annis Auguſtorum, et Aegyptiacis: et temporis, quo haec ſcripſit Censorinus, deſignatio. 100

Cap. XXII. De menſibus naturalibus et civilibus diverſarum nationum, deque eorum nominibus et nominum rationibus. 105

Cap. XXIII. De diebus, et varia dierum apud diverſas nationes obſervatione: item de ſolariis et horariis. 111

Cap. XXIV. De dierum Romanorum diverſis partibus, deque eorum propriis nominibus. 115

CENSO-

CENSORINI
LIBER
DE
DIE NATALI
AD Q. CERELLIUM.

Censorini. De pluribus Cenſorini nominibus nihil conſtat, nec, quis fuerit, ubi et a quibus parentibus natus ſit, plane in aprico eſt. Nullum quidem dubium eſt, quin Cenſorinorum familia Romae exſtiterit claraque fuerit, et noſter Cenſorinus ab hac familia ortus ſit; verum enim vero praeter haec neque de eius vita, neque de ſuo nexu civili aliquid hic adferri poteſt. Cenſorinorum familiam haud obſcuram fuiſſe, ſatis ſuperque liquet. Sic apud Horatium Lib. IV. Carm. occurrit Ode VIII. ad Marcum Cenſorinum et apud Symmachum Lib. VIII. Epiſt. 27. ad Cenſorinum, de quo certo conſtat, Romae vitam degiſſe, ut ex allata epiſtola adparet. Symmachus enim: *Dehinc,* ſcribit, *ſi bene deſtinata Dii juverint, Capuano itinere venerabilem nobis Romam laremque petemus. Inter haec, ſi mihi evenerit, aſpectu et colloquio tuo defrui, explebor gaudii ſatietate. Sin maior neceſſitas negaverit nobis tui copiam, velim curarum nube deterſa eam ſapienter reſumas animi alacritatem, quam tibi congreſſus noſter ſedulo conciliare potuiſſet.* Meminit et noſter cap. XVII. L. Marc. Cenſorini Coſ. et cap. XXII. C. Marcii Cenſorini Coſ.

DE DIE NATALI. Inſcripſit librum ſuum, quia de omnibus argumentis, quae ad hunc diem ſe referunt, agit.

CAPUT I.

Munera ex auro vel quae ex argento nitent, caelato opere, quam materia, cariora, ceteraque, hoc genus, blandimenta Fortunae, 1 inhiat is, qui vulgo dives vocatur. Te autem, Q. CERELLI, virtutis non minus, quam pecuniarum divitem, id eſt, vere divitem, iſta non

AD Q. CERELLIUM. Cui, ut ex cap. III. adparet, Cenſorinus amicitiam, honorem, dignitatem, innumeraque vitae praemia debebat. Quis, fuerit Cerellius ex cap. XV. patet.

CAP. I. in locum praefationis vel potius dedicationis ſuccedit, et Cenſorinus rationem reddit, qua de re Q. Cerellio natalem ſuum celebranti nulla dona ex auro vel argento facta miſit, ſed librum dono dedit, materiam de die natali enucleantem. Invehitur in avaros, qui divitiis uti neſciunt, docetque uſum ſapientem divitiarum, neutiquam vero ad Q. Cerellium exhortandum, quem divitem ſapientemve profitetur, nec principiis egentem, vitam ad hanc normam dirigendi.

1. *inhiat is, qui vulgo dives vocatur*; i. e. dives cupidus eſt eiusmodi munerum ex auro et argento factorum, vel nummorum, qui omni iure fortunae blandimenta vocantur. Vox inhiare ſolummodo de divitiis vel nummis uſurpari ſolet. Hinc Plautus in Sticho. Act. IV. Sc. 2. v. 25. *Illic homo tuam hereditatem inhiat, quaſi eſuriens lupus.* Horatius Lib. I. Serm. Sat. I. v. 70. ſeqq.

. . . congeſtis undique ſaccis
Indormis inhians, et tamquam parcere ſacris
Cogeris, aut pictis tamquam gaudere tabellis.

Virgilius Lib. IV. Aeneid. v. 63. ſeq.

Inſtauratque diem donis, pecudumque recluſis
Pecto-

non capiunt. Non quod earum poſſeſſionem, 2
vel etiam uſum a te omnino abieceris, ſed
quod ſapientium diſciplinâ formatus, ſatis liquidò comperiſti, huiusmodi ſita in lubrico, bona malave per se non eſſe, ſed *τῶν μέσων*, hoc eſt, bonorum malorumque media cenſeri.
Haec ut Comicus ait, 3

- - - perinde ſunt, ut illius eſt animus, qui ea poſſidet:
Qui uti ſcit, ei bona; illi, qui non utitur recte, mala.

Igitur, quoniam quisque, non quanto plura 4
poſſidet, ſed quanto pauciora optat, tanto eſt locupletior: opes tibi in animo maximae, et eae, quae non modo bona generis humani praecedant, sed quae ad deorum immortalium aeternitatem penitus accedant. Quod enim Xenophon Socraticus dicit: *Nihil egere, eſt deorum: quam minime autem proximum a*
diis. Quare, cum dona pretioſa neque tibi 5
per animi virtutem deſint, neque mihi per rei tenuitatem ſuperſint, quodcunque hoc libri eſt,

Pectoribus inhians, ſpirantia conſulit exta.
et Juvencus Lib.II.v.157. ſeq.
Pars vendebat oves, pars corpora magna juvencum;
Pars inhians nummis, menſas oneraverat aere.

3. *Comicus* i. e. Terentius in Heautontimor. Act. I. Sc. 2. v. 21. ſeq.

eſt, meis opibus comparatum, Natalitii titulo
6 tibi miſi. In quo non, ut plerisque mos eſt, aut ex ethica parte philoſophiae, praecepta ad beate vivendum, quae tibi ſcriberem mutuatus ſum:

5. *Natalitii titulo tibi miſi.* Dies natalis apud Romanos diebus feſtis accenſebatur albisque veſtibus celebrabatur, ut ex Horatii Lib. II. Serm. Sat. 2. v. 59. ſeqq.

- - - - (licebit
Ille repotia, natales, aliosve dierum
Feſtos albatus celebret) — nec non moris erat, iis, qui natalem ſuum celebrabant, varia munera mittere, ut ex pluribus Martialis locis liquet. Cf. Epigr. 87. Lib. X. de natali Reſtituti.

Octobres age ſentiat Kalendas
Facundi pia Roma Reſtituti.
Linguis, omnibus et favete votis,
Natalem colimus, tacete lites.
Abſit cereus aridi clientis
Et vani triplices, brevesque mappae
Expectent gelidi iocos Decembris.
Certent muneribus beatiores.
Agrippae tumidus negotiator
Cadmi municipes ferat lacernas.
Pugnorum reus, ebriaeque noctis
Cenatoria mittat advocato.
Infamata virum puella vicit:
Veros Sardonychas ſed ipſa tradat.
Mirator veterum ſenex avorum
Donet Phidiaci toreuma coeli.
Venator leporem, colonus hoedum,
Piscator ferat aequorum rapinas.
Si mittit ſua quisque, quid poëtam
Miſſurum tibi Reſtitute credis?

Eiusd. Epigr. 54. Lib. IX.

Natali tibi, Quincte, tuo dare parva volebam
Munera! Tu prohibes: imperioſus homo es.
Parendum eſt monitis, fiat quod uterque iubemus.

Et

ſum: aut ex artibus rhetorum locos laudibus
tuis celebrandis perſecutus: (ad id enim virtu-
tum omnium faſtigium aſcendiſti, ut cuncta,
quae vel ſapienter monentur, vel facunde prae-
dicantur, vita moribusque ſuperaveris,) ſed ex
philologis commentariis quasdam quaeſtiuncu-
las delegi, quae congeſtae poſſint aliquantum
volumen efficere. Idque a me vel docendi 7
ſtudio, vel oſtentandi voto non fieri, praedi-
co: ne in me, ut vetus adagium eſt, iure di-
catur: *Sus Minervam.* Cum vero tuo collatu 8
ſcirem, me plura didiciſſe, ne beneficiis tuis
viderer ingratus, noſtrorum veterum ſanctiſſi-
morum hominum exempla ſum ſecutus. Illi 9
enim, quod alimenta, patriam, lucem, ſe de-
nique ipſos deorum dono habebant, ex omni-
bus

Et quod utrumque iuvat, tu mihi, Quincta, dato.

Eiusd. Epigr. 85. Lib. VII.

Ad natalitias dapes vocabar,
Eſſem cum tibi, Sexte, non amicus.
Quid factum eſt; rogo, quid repente factum
Poſt tot pignora noſtra, poſt tot annos,
Quod ſum praeteritus vetus ſodalis?
Sed cauſſam ſcio, nulla venit a me
Argenti tibi libra poſtulati.
Nec levis toga, nec rudes lacernae,
Non eſt ſportula, quae negotiatur;
Poscis munera, Sexte, non amicos,
Jam dices mihi, vapulet vocator, i. e. qui invitat.

8. *Sus Minervam* ſcil. monet aut docet. Adi Erasmi Chiliad. in quibus hoc adagium ſatis ſuperque illuſtratur.

bus aliquid dîs ſacrabant; magis adeo ut ſe gratos approbarent, quam quod deos iis arbi-
10 trarentur indigére. Itaque, cum perciperent fruges, antequam veſcerentur, dîs libare inſtituerunt: et, cum agros atque urbes poſſiderent, partem quandam templis, ſacellisque, ubi eos colerent, dicaverunt: quidam etiam pro cetera bona corporis valetudine crinem deo ſacrum
11 paſcebant. Ita ego, a quo plura in litteris percepi, tibi haec exigua reddo libamina.

CAPUT II.

Nunc, quoniam de die natali liber inſcribitur, a votis auſpicia ſumantur. Itaque hunc diem, quod ait Perſius,

- - - *numera meliore lapillo;*

idque

tur. Occurrit etiam apud Symmachum Lib. I. Epiſt. 3. edit. Parei.

9. *ſacrabant*, i. e. ſacrum faciebant, Diis dedicabant.

10. *libare* idem quod ſacrificare. Huius moris religionisque exemplum obvium eſt apud Tibullum Lib. I. Eleg. 1. v. 11. ſeqq.

Nam veneror, ſeu ſtipes habet deſertus in agris,
Seu vetus in trivio florea ſerta lapis:
Et quodcunque mihi pomum novus educat annus,
Libatum agricolae ponitur ante Deo.

Adde Horat. Lib. II. Epiſt. 1. v. 139. ſeqq. qui hunc morem adfirmat.

ſacellis i. e. locis parvis cum aris Diis conſecratis.

Cap. II. 1. *Perſius* Sat. II. v. 1.

meliore lapillo i. e. calculo, Cretenſium more, qui dies fauſtos candido, infauſtos

idque quam ſaepiſſime facias exopto: et quod idem ſubiungit,

Funde merum Genio,

Hic forſitan quis quaerat, quid cauſſae ſit, ut a merum fundendum Genio, non hoſtiam faciundam, putaverit? quod ſcilicet, ut Varro teſta-

fauſtos autem nigro calculo ſignare ſolebant. Hinc et Horatius Lib. I. Carm. 36. v. 10.

Creſſa ne careat pulchra
dies nota,

Idem Lib. II. Epiſt. 2. v. 210.

Natales grate numeras?

et Martialis Lib. IX. Epigr. 53.

Si credis mihi, Quincte,
quod mereris
Natales Ovidi tuos Apriles,
Ut noſtras amo Martias
Kalendas.
Felix utraque lux, diesque
nobis
Signandi melioribus lapillis.
Hic vitam tribuit, ſed hic
amicum:
Plus dant, Quincte, mihi
tuae Kalendae.

Conf. quae in noſtra Perſii editione ad hunc locum attulimus.

Funde merum Genio. Genio thure et vino libabant antiqui, ut patet ex Horatii Lib. II. Epiſt. 1. v. 139. ſeqq.

Agricolae priſci, fortes,
parvoque beati,
Condita poſt frumenta,
levantes tempore feſto
Corpus, et ipſum animum
ſpe finis dura ferentem,
Cum ſociis operum, et
pueris, et coniuge fida,
Tellurem porco, Sylvanum lacte piabant,
Floribus et vino Genium,
memorem brevis aevi.

et ex Tibulli Lib. I. Eleg. 7. v. 49. ſeqq.

Huc ades, et centum ludis,
Geniumque choreis
Concelebra, et multo tempora funde mero
Illius e nitido ſtillent unguenta capillo,
Et capite, et collo mollia
ſerta gerat.

2. *manum a caede et ſanguine abſtinerent.* Contrarium ab aliis gentibus eth-

teſtatur, cui titulus eſt Atticus, et eſt de nu-
meris, id moris inſtitutique maiores noſtri te-
nuerunt, ut cum die natali munus annale Ge-
nio ſolverent, manum a caede ac ſanguine
abſtinerent, ne die, qua ipſi lucem accepiſ-
3 ſent, aliis demerent. Denique Deli, ad Apol-
linis genitoris aram, ut Timaeus auctor eſt,
nemo hoſtiam caedit. Illud etiam in hoc die
obſervandum, quod Genio factum neminem
opor-

ethnicis et Judaeis obſervatum eſt. Pharao die ſuo natali ampliſſimum miniſtris ſuis dedit convivium, et ne hominis quidem, vitae pepercit, quia eodem die principem piſtorum laqueo gulam frangere juſſit; Geneſ. XL. 22. Eodem modo S. Joannis vitae dies natalis Herodis pernicioſus fuit; Evang. Joannis XIV. v. 6 - 11. et Juvencus Lib. III. v. 52. ſeqq.

Natali ſed forte die, quum laeta tyrannus
Herodes celſis ſtrueret convivia tectis,
(Luxuriae quoniam conjuncta ſuperbia gaudet)
In medio juvenum reginae filia virgo
Alternos laterum celerans ſinuamine motus,
Compoſitas cithara jungit modulante choreas.
Ipſe ſed in primis, mirata virginis arte
Attonitus ſtupuit: tunc praemia cuncta patere
Juratus ſpondet, quaecunque puella petiſſet.
Illa ſed horrendae ſervans ſcelera impia matris,
Urget Joannis caput a cervice revelli,
Et lance inferri praeſentia munera poſcit.
Praeſentum Herodis procerum ſub pondere triſtis,
Jurandique memor juris tamen, imperat aegre
Inſontis caput inferri tradique puellae.
Illa, nefas, matris ſcelerata ad gaudia portat.

oportet ante guſtare, quam eum, qui fecerit. Sed et hoc a quibusdam ſaepe quaeſitum, ſolvendum videtur, quid ſit Genius, curve eum potiſſimum ſuo quisque natali veneremur.

CAPUT III.

Genius eſt Deus, cuius in tutela, ut quisque natus eſt, vivit. Hic, ſive quod genamur, curat, ſive quod una genitur nobiscum; ſive etiam, quod nos genitos ſuscipit ac tuetur; certe a genendo Genius appellatur. Eundem eſſe Ge- 2
nium et Larem, multi veteres memoriae prodiderunt: in queis etiam Granius Flaccus in libro,

Cap. III. 1. *Genius* Latinis idem quod Graecis Daemon. Conf. Lactantius de Origine Erroris Cap. XV. De Daemonibus et Cap. XVI. De Daemonum poteſtate iisque ſuperandis.

2. *Larem*, tanquam Deum domeſticum Romani coluerunt, et, ut veriſimile eſt, pro Genio habuerunt. Ad hoc etiam alludit Lactantius l. c. Cap. XVI. *Adhaerent enim ſingulis hominibus, et omnes oſtiatim domos occupant: ac ſibi geniorum nomen aſſumunt: ſic enim Latino ſermone daemonas interpretantur. Hos in ſuis penetralibus conſecrant: his quotidie merum profundunt, et ſcientes daemonas venerantur, quaſi terreſtres deos, et quaſi depulſores malorum, quae ipſi faciunt, et irrogant. Qui quoniam ſpiritus ſunt tenues, et incomprehenſibiles, inſinuant ſe corporibus hominum, et occulti in viſceribus operti, valetudinem vitiant, morbos citant, ſomniis animos terrent, mentes furoribus quatiunt, ut homines his malis cogant, ad eorum auxilium decurrere.*

libro, quem ad Caeſarem de Indigitamentis ſcriptum reliquit. Hunc in nos maximam, quin immo omnem habere poteſtatem, creditum eſt. Nonnulli binos Genios in iis duntaxat domibus, quae eſſent maritae, colendos putaverunt. Euclides autem Socraticus duplicem omnibus omnino Genium dicit appoſitum: quam rem apud Lucilium in libro Satirarum nono licet cognoſcere. Genio igitur potiſſimum per omnem aetatem quotannis ſacrificamus. Quanquam non ſolum hic, ſed et alii ſunt praeterea Dii complures, hominum vitam, pro ſua quisque portione, adminiculantes: quos volentem cognoscere, Indigitamentorum libri ſatis edocebunt. Sed omnes hi ſemel in unoquoque homine numinum ſuorum effectum repraeſentant; quocirca non per omne vitae ſpatium novis religionibus arceſſuntur. Genius autem ita nobis aſſiduus obſervator appoſitus eſt, ut ne puncto quidem temporis longius abſcedat; ſed ab utero matris exceptos, ad extremum vitae diem comitetur. Sed, cum ſinguli homines, ſuos tantum, modo proprios colant natales; ego tamen duplici quotannis officio huiusce religionis

5. *duplici officio* . ad . que probatur Attedium Meſtringor. Idem exemplum, liorem diem natalem Blae[illegible],

nis adſtringor. Nam, cum ex te tuaque ami- 6
citia honorem, dignitatem, decus, atque praeſidium, cuncta denique vitae praemia recipiam; nefas arbitror, ſi diem tuum, qui te mihi hanc lucem edidit, meo illo proprio negligentius celebravero; ille enim mihi vitam, hic fructum vitae atque ornamentum peperit.

CAPUT IV.

At, quoniam aetas a die natali initium ſumit, ſuntque ante hunc diem multa, quae ad

filii ſui etiam mortui, ſingulis annis celebraſſe, exhibet Martialis Lib. VIII. Epigr. 38.

Qui praeſtat pietate pertinaci
Senſuro bona libertatis,
Captet forſitan, aut vicem repoſcat.
At ſi quis dare nomini relicto
Poſt manes tumulumque perſeveret,
Quaerit quid niſi parcius dolere?
Refert, ſis bonus, an velis videri?
Praeſtat hoc, Melior, ſciente fama:
Qui ſollennibus anxius ſepulti
Nomen non ſinis interire Blaeſi,
Et de munifica profuſus arca
Ad natalitium diem colendum
Scribarum memori, piaeque turbae
Quod donas, facis ipſe Blaeſianum.
Hoc longum tibi, vita dum manebit,
Hoc et poſt cineres erit tributum.

Cap. IV. de origine hominum varias Philoſophorum opiniones tradit et recenſet, quibuscum conferendum eſt, quod Lactantius de Origine Erroris Cap. XI. de animantibus, homine,

ad hominum pertinent originem: non alienum videtur, de his dicere prius, quae ſunt natura priora. Igitur, quae veteribus de origine humana fuerint opiniones, ex his quaedam
2 breviter exponam. Prima et generalis quaeſtio inter antiquos ſapientiae ſtudioſos verſata eſt; quod, cum conſtet, homines ſingulos ex parentum ſeminibus procreatos, ſucceſſione prolis multa ſaecula propagare; alii ſemper homines fuiſſe, nec unquam, niſi ex hominibus natos, atque eorum generi caput exordiumque nullum exſtitiſſe arbitrati ſunt: alii vero fuiſſe tempus, cum homines non eſſent, et his ortum aliquando principiumque natura
3 tributum. Sed prior illa ſententia, qua ſemper humanum genus fuiſſe creditur, auctores habet: Pythagoram Samium, et Ocellum Lucanum, et Archytam Tarentinum, omnesque adeo Pythagoricos. Sed et Plato Athenienſis, et Xenocrates, et Dicaearchus Meſſenius, itemque antiquae academiae philoſophi non aliud videntur opinati. Ariſtoteles quoque Stagirites,

ne, Prometheo, Deucalione, Parcis tradit.

3. *Ariſtoteles*. Lactantius c. l. eius ſententiam de hominum origine ſic exhibet: *Ariſtoteles autem labore ſe, ac moleſtia liberavit, dicens, ſemper fuiſſe mundum, itaque et humanum genus, et caetera, quae in eo*

tes, et Theophraſtus, multique praeterea non ignobiles Peripatetici, idem ſcripſerunt, eiusque rei exempla dicunt, quod negent, omnino poſſe reperiri, avesne ante, an ova generata ſint; cum et ovum sine ave, et avis ſine ovo gigni non poſſit. Itaque et omnium, quae 4
in ſempiterno iſto mundo ſemper fuerunt, futuraque ſunt, aiunt, principium fuiſſe nullum; ſed orbem eſſe quendam generantium, naſcentiumque, in quo uniuscuiusque geniti initium ſimul et finis eſſe videatur. Qui au- 5
tem homines aliquos primigenios divinitus naturave factos crederent, multi fuerunt, ſed aliter atque aliter in hac aeſtimatione verſati.
Nam, ut omittam, quod fabulares poëtarum 6
hiſtoriae ferunt, homines primos aut Promethei molli luto eſſe formatos, aut Deucalionis Pyrr-

eo ſunt, initium non habere, ſed fuiſſe ſemper, ac fore.

6. *Promethei.* Sic de eo Horatius Lib. I. Carm. 16. v. 13. ſeqq.

Fertur Prometheus addere principi
Limo coactus particulam undique
Deſectam, et inſani leonis
Vim ſtomacho appoſuiſſe noſtro.

et Lactantius l. c. *De hac hominis fictione poëtae, quamvis corrupte, tamen non aliter tradiderunt. Nam hominem de luto a Prometheo factum eſſe dixerunt. Res eos non fefellit, ſed nomen artificis. Nullas enim litteras veritatis attigerant: ſed quae pro-*

Pyrrhaeque duris lapidibus eſſe natos; quidam ex ipſis ſapientiae profeſſoribus, nescio, an magis

prophetarum vaticinio tradita, in ſacrario Dei continebantur, ea de fabulis et obſcura opinione collecta, et depravata, ut veritas a vulgo ſolet variis ſermonibus diſſipata corrumpi, nullo non addente aliquid ad id, quod audierant, carminibus ſuis comprehenderunt; et hoc quidem inepte, quod tam mirabile, tamque divinum opificium homini dederunt. Quid enim opus fuit hominem de luto fingi, cum poſſet eadem ratione generari, qua ipſe Prometheus ex Japeto natus eſt? qui ſi fuit homo, generare hominem potuit, facere non potuit. De diis autem illum non fuiſſe, poena eius in Caucaſo monte declarat. Sed neque patrem ipſius Japetum, patrumque Titana quisquam deos nuncupavit, quia regni ſublimitas penes Saturnum ſolum fuit, per quam divinos honores cum omnibus ſuis poſteris conſecutus eſt. Multis argumentis hoc figmentum poëtarum coargui poteſt. Factum eſſe diluvium ad perdendam tollendamque ex orbe terrae malitiam, conſtat inter omnes. Idem enim et philoſophi et poëtae, ſcriptoresque rerum antiquarum loquuntur, in eoque maxime cum prophetarum ſermone conſentiunt. Si ergo cataclysmus ideo factus eſt, ut malitia, quae per nimiam multitudinem increverat, perderetur: quomodo fictor hominis Prometheus fuit? cuius filium Deucalionem iidem ipſi ob iuſtitiam ſolum eſſe dicunt ſervatum. Quomodo unus gradus, et una progenies orbem terrae tam celeriter potuit hominibus implere? Sed videlicet hoc quoque ſic corruperunt, ut illud ſuperius, cum ignorarent, et quo tempore cataclysmus ſit factus in terra, et quis ob iuſtitiam meruerit genere humano pereunte ſalvari, et quomodo, aut cum quibus ſervatus ſit, quae omnia pro-

gis monſtroſas, certe non minus incredibiles,
rationum ſuarum proferunt opiniones. Anaxi- 7
mander Mileſius, videri ſibi, ex aqua terraque
calefactis exortos eſſe, ſive piſces, ſive piſci-
bus ſimillima animalia: in his homines con-
creviſſe, foetusque ad pubertatem intus reten-
tos: tum demum, ruptis illis, viros mulieres-
que, qui ſe iam alere poſſent, proceſſiſſe. Em-
pedocles autem egregio ſuo carmine, quod
eiusmodi eſſe praedicat Lucretius:

Ut vix humana videatur ſtirpe creatus,

tale quiddam confirmat. Primo membra ſin- 8
gula ex terra quaſi praegnante paſſim edita,

dein-

propheticae litteræ docent. Apparet ergo falſum eſſe, quod de opificio Promethei narrant.

Deucalionis Pyrrhaeque duris lapidibus eſſe natos. Conf. Ovidii Metam. Lib. I. Fab. 7. v. 318. ſeqq. Virgilius Lib. I. Georgic. v. 61. ſeqq.

quo tempore primum
Deucalion vacuum lapides iactavit in orbem:
Unde homines nati durum genus.

et Juvenalis Satir. I. v. 81. ſeqq.

Ex quo Deucalion nimbis tollentibus aequor
Navigio montem aſcendit, ſorteſque poposcit,
Paulatimque anima caluerunt mollia ſaxa;
Et maribus nudas oſtendit Pyrrha puellas.

nec non Hyginus Fab. CLIII. *Cataclyſmus, quod nos diluvium vel irrigationem dicimus, cum factum eſt, omne genus humanum interiit, praeter Deucalionem et Pyrrham, qui in montem Aetnam, qui altiſſimus in Sicilia dicitur, fugerant.*

7. *Lucretius* Lib. I. v. 734.

8. *in*

deinde coiſſe, et effeciſſe ſolidi hominis materiam, igni ſimul et humori permixtam. Cetera quid neceſſe eſt perſequi? quae non capiant ſimilitudinem veritatis? Haec eadem opinio etiam in Parmenide Velienſi fuit, paucu-
9 lis exceptis ab Empedocle diſſenſis. Democrito vero Abderitae ex aqua limoque primum viſum eſt homines procreatos, nec longe ſecus Epicurus: is enim credidit, limo calefacto uteros nescio quos radicibus terrae cohaeren-

8. *in Parmenide Velienſi fuit.* Eſt Conjectura Nagelii, quam in textum recipere nulli dubitavimus. Rationes qui tentaturus eſt, quas eum impulerunt ita legendi, Programmatis eius §. 1. adeat, quod editioni noſtrae praemittendum curavimus. In omnibus prioribus editionibus ſic legebatur: *Haec eadem opinio etiam in Parmenide, vel in Ste* fuit.* Quis eſt, qui non intelligat, lacunam hanc optime eſſe expletam, emendationemque ipſam electiſſimam reliquas in dicto Programmate allatas antecellere.

9. *radicibus terrae - intreviſſe.* Hanc opinionem refutat Lactantius de Orig. Erroris Cap. XII. de animantium ortu et hominum: *Aiunt, certis converſionibus coeli, et aſtrorum motibus maturitatem quandam extitiſſe animalium ſerendorum, itaque terram novam ſemen genitale retinentem, folliculos ex ſe quosdam in uterorum ſimilitudinem protuliſſe, de quibus Lucretius* (Lib. V. v. 806.):

Creſcebant uteri terrae radicibus apti.

Eosque ut maturaſſent, natura cogente ruptos animalia tenera profudiſſe. Deinde terram ipſam humore quodam, qui eſſet lacti ſimilis, exuberaſſe, eoque

rentes primum increviſſe, et infantibus ex ſe editis ingenitum lactis humorem, natura admini-

eoque alimento animantes eſſe nutritos. Quomodo autem vim frigoris, aut caloris ferre, aut vitare potuerunt, aut omnino naſci, cum ſol exureret, frigus aſtringeret? Non erant, inquiunt, in principio mundi hyems, nec aeſtas, ſed perpetua temperies, et ver aequabile. Cur ergo nihil horum fieri etiam nunc videmus? Quia ſemel, aiunt, fieri neceſſarium fuit, ut animalia naſcerentur: poſtquam vero eſſe coeperunt, conceſſa his facultate generandi, et terra parere deſiit, et temporis conditio mutata eſt. O quam facile eſt, redarguere mendacia? primum, quod nihil poteſt eſſe in hoc mundo, quod non ſic permaneat, ut incoepit. Nec enim Sol et Luna, et aſtra tunc non erant, aut cum eſſent, meatus non habebant, aut non divina moderatio, quae curſus eorum temperat, et gubernat, cum ipſis ſimul eſſe coeperit. Deinde, quod ſi ita ſit, ut dicunt, providentiam eſſe neceſſe eſt: et in id ipſum incidunt, quod maxime fugiunt. Nondum enim natis animalibus, aliquis utique providit, ut naſcerentur: ne orbis terrae deſertus, atque incultus horreret: ut autem e terra ſine officio parentum naſci poſſent, neceſſe eſt, magna ratione eſſe proviſum: deinde ut humor ille concretus e terra in varias imagines corporum fingeretur, item ut e folliculis, quibus tegebantur, accepta vivendi ſentiendique ratione, tanquam ex alvo matrum profunderentur. Mirabilis inextricabilisque proviſio eſt. Sed putemus id quoque caſu accidiſſe: illa certe, quae ſequuntur fortuita eſſe non poſſunt, ut terra continuo lacte manaret, ut aëris temperies eſſet aequalis. Quae, ſi conſtat idcirco eſſe facta, ut animalia recens edita vel haberent alimentum, vel non habe-

 rent

niſtrante, praebuiſſe, quos, ita educatos et 10 adultos, genus hominum propagaſſe. Zenon Citticus, Stoicae ſectae conditor, principium humano generi ex novo mundo conſtitutum putavit; primosque homines ex ſolo adminiculo divini ignis, id eſt, Dei providentia genitos.

11 Denique, etiam vulgo creditum eſt, ut plerique genealogiae auctores sunt, quarundam gentium, quae ex adventitia stirpe non ſint, principes terrigenas eſſe, ut in Attica, et Arcadia, Theſſaliaque, eosque αὐτόχθονας vocitari: ut in Italia poëta cecinit: *Nymphas indigenasque Faunos nemora quaedam tenuiſſe*, non difficile rudis antiquorum credulitas rece-

rent periculum: neceſſe eſt, ut aliquis divina neſcio qua ratione providerit. Quis autem poteſt providere, niſi Deus? etc.

10. *Zenon Citticus - putavit - homines Deo providentia genitos.* Quae opinio veriſſima eſt, et cum ſana non tantum ratione, ſed etiam cum ſacrae ſcripturae dictis omnino congruit. Id opinionis Stoicorum fuiſſe vel adſirmat Lactantius l. c. Cap. XI. *Nam Stoici animantium fabricam divinae ſolertiae tribuunt.*

11. αὐτόχθονας, indigenas, in ipſa terra natos, ex αὐτος et χθων terra, idem quod terrae filios. Eodem modo Juvenalis *gigantum fraterculus*, Perſiique *terrae progenies* ſunt interpretandi.

in Italia poëta cecinit, nimirum Virgilius Lib. VIII. Aeneid. v. 314. ſeqq.

Haec nemora indigenae Fauni Nymphaeque tenebant,
Gensque virum truncis et duro robore nata: etc.

recepit. Nunc vero eo licentiae proceſſit li- 12
bido, ut vix auditu ferenda confingant. Poſt hominum memoriam, progeneratis iam gentibus, et urbibus conditis, homines e terra diverſis modis editos, ut in Attica fertur regione Erichthonius ex Vulcani ſemine humo exortus: et in Colchide, vel in Boeotia conſitis

12. *Erichthonius.* Lectu dignum, quid de eius ortu judicavit Lactantius de falſa religione Cap. XVII. *Sed ne illae quidem virgines illibatam caſtitatem ſervare potuerunt. Unde enim putemus Erichthonium eſſe natum? an ex terra, ut poëtae videri volunt? At res ipſa clamat. Nam cum Vulcanus diis arma feciſſet, eique Jupiter optionem dediſſet praemii, quod vellet, poſtulandi, juraſſetque (ut ſolebat) per infernam paludem, ſe nihil negaturum: tum faber claudus Minervae nuptias poſtulavit. Hic Jupiter Optimus Maximus tanta religione conſtrictus, abnuere non potuit: Minervam tamen monuit repugnare, pudicitiamque defendere. Tum in illa colluctatione Vulcanum in terram profudiſſe aiunt ſemen, unde ſit Erichthonius natus, idque illi nomen impoſitum ἀπὸ τῆς ἔριδος, καὶ χθονὸς, id eſt, ex certamine, atque humo.*

vel pro et.

armati partus. Conf. Ovidius Lib. III. Metam. Fab. I. v. 95. ſeqq.

Dum, ſpatium victor victi
conſiderat hoſtis (i. e. ſerpentis),
Vox ſubito audita eſt: neque erat cognoſcere promtum,
Unde; ſed audita eſt. Quid, Agenore nate, (i. e. Cadme) *peremtum*
Serpentem ſpectas? et tu ſpectabere ſerpens,
Ille diu pavidus, pariter cum mente colorem

 Per-

ſitis anguis dentibus armati partus: e quibus, mutua caede inter ſe necatis, pauci ſuperaſſe traduntur, qui in conditu Thebarum Cadmo inte-

Perdiderat; gelidoque comae terrore rigebant,
Ecce viri fautrix ſuperas delapſa per auras
Pallas adeſt: motaeque iubet ſupponere terrae
Vipereos dentes populi incrementa futuri.
Paret: et ut preſſo ſulcum patefecit aratro,
Spargit humi iuſſos mortalia ſemina dentes.
Inde (fide maius) glebae coepére moveri:
Primaque de ſulcis acies apparuit haſtae.
Tegmina mox capitum picto nutantia cono:
Mox humeri pectusque, onerataque brachia telis
Exiſtunt: creſcitque ſeges clypeata virorum.
Sic, ubi tolluntur feſtis aulaea theatris,
Surgere ſigna ſolent; primumque oſtendere vultum;
Cetera paulatim: placidoque educta tenore
Tota patent; imoque pedes in margine ponunt.
Territus hoſte novo Cadmus capere arma parabat:
Ne cape, de populo, quem terra creaverat, unus
Exclamat; nec te civilibus inſere bellis,
Atque ita terrigenis rigido de fratribus unum
Cominus enſe ferit: iaculo cadit eminus ipſe.
Hic quoque, qui leto dederat, non longius illo
Vivit, et exſpirat, modo quas acceperat, auras.
Exemploque pari furit omnis turba: ſuoque
Marte cadunt ſubiti per mutua vulnera fratres.
Jamque brevis ſpatium vitae ſortita iuventus
Sanguineam trepido plangebant pectore matrem;
Quinque ſuperſtitibus: quorum fuit unus Echion.
Is ſua iecit humi monitu Tritonidis arma;
Fraternaeque fidem pacis petiitque deditque.
Hos operis comites habuit Sidonius hoſpes;
Cum

ſuerint adiumento. Nec non in agro Tarqui- 13
nienſi puer dicitur exaratus, nomine Tages, qui disciplinam cecinerit extiſpicii: quam Lucumones, tam Etruriae potentes, exſcripſerunt.

CAPUT V.

Hactenus de prima hominum origine. Ceterum, quae ad praeſentes noſtras pertinent natales, eorumque initia, quam potero compendio, dicam. Igitur, ſemen unde exeat,

inter

Cum poſuit juſſam Phoebeis ſortibus urbem. Natal. Com. Mytholog. p. 918. *Mars, vel ut aliis magis placuit, Pallas juſſit Cadmum ſeminare alteram partem dentium exemptorum ex ore ſerpentis: e quibus ſatis ſabulantur natos eſſe homines permultos, qui ſeſe mutuis vulneribus ingenio atque artificio Cadmi trucidarunt, Pherecydes ſcriptum reliquit libro quinto hiſtoriarum, Martem ac Palladem dimidium illorum dentium ejus draconis dediſſe Cadmo, cum dimidium reſervatum ſit poſtea Aetae regi Colchorum.*

13. *Tages.* De quo Feſtus: *Tages nomine, Genii filius, nepos Jovis, puer dicitur disciplinam aruſpicii dediſſe duodecim populis Etruriae.* Vide et Lucan. I. v. 584. et 637.

extiſpicii, i. e. artis illius extiſpicum vel haruſpicum ab extis animalium conſpectis, quae erat vetuſta ſuperſtitio, divinandi.

Cap. V. 1. *ſemen unde exeat.* Hoc ita illuſtrat Lactantius Libro de Officio Dei Cap. XII. de utero, et conceptione, et ſexibus: *Vena in maribus, quae ſemen continet duplex eſt, paulo interior, quam illud*

4 inter ſapientiae profeſſores non conſtat. Parmenides enim, tum ex dextris, tum e laevis partibus derivari putavit. Hipponi vero Metapontino, ſive, ut Ariſtoxenus auctor eſt, Samio, ex medullis profluere ſemen videtur: idque eo probari, quod poſt admiſſionem pecudum, ſi quis, qui matres ſunt, perimat, medullas utpote exhauſtas non reperiat. Sed hanc opinionem nonnulli refellunt, ut Anaxagoras, Democritus, et Alcmaeon Crotonia-
5 tes. Hi enim poſt gregum contentionem non medullis modo, verum et adipe, multaque carne mares exhauriri reſpondent. Illud quoque ambiguam facit inter auctores opinionem, utrumne ex patris tantummodo ſemine partus

lud humoris obſcoeni receptaculum. Sicut enim renes duo ſunt, itemque teſtes: ita et venae ſeminales duae, in una tantum compage cohaerentes: quod videmus in corporibus animalium, cum interfecta pateſiunt: ſed illa dexterior maſculinum continet ſemen, ſiniſterior foemininum: et ideo in toto corpore pars dextra maſculina eſt, ſiniſtra vero foeminina.

2. *ex medullis profluere.* Lactantius l. c. *Ipſum ſemen quidam putant ex medullis tantum, quidam ex omni corpore ad venam genitalem confluere et concreſcere. Sed hoc humana mens quomodo fiat, non poteſt comprehendere.*

4. *utrumne ex patris tantummodo ſemine an etiam ex matris partus naſcatur.* Veteres Philoſophi de hac re valde diſſenſerunt, ut noſter docet, recentiores medici vero probarunt, utrumque maris aeque ac foeminae ſemen ad procreandam ſobolem eſſe neceſſarium.

tus naſcatur, ut Diogenes, et Hippon, Stoicique ſcripſerunt, an etiam ex matris, quod Anaxagorae et Alcmaeoni, nec non Parmenidi, Empedoclique, et Epicuro viſum eſt. Quae diſſerens, non definite ſe ſcire, Alcmaeon confeſſus eſt, ratus, neminem poſſe perſpicere.

CAPUT VI.

Empedocles, quem in hoc Ariſtoteles ſequutus eſt, ante omnia cor judicavit increſcere, quod hominis vitam maxime contineat. Hippon vero, caput, in quo eſt animi principale. Democritus alvum cum capite, quae plurimum habent ex inani. Anaxagoras cerebrum,

Cap. VI. 1. *Empedocles cor judicavit increſcere.* Ariſtoteles eandem fovebat ſententiam, ut noſter attulit, Lactantius vero eam c. l. fuſius enumerat: *Conceptum igitur Varro et Ariſtoteles ſic fieri arbitrantur: Aiunt enim, non tantum maribus ineſſe ſemen, verum etiam foeminis, et inde plerumque matribus ſimiles procreari, ſed earum ſemen ſanguine eſſe purgatum. Quod ſi recte cum virili miſtum ſit, utraque concreta, et ſimul coagulata informari: et primum quidem cor hominis confingi, quod in eo ſit et vita hominis, et ſapientia: denique totum opus quadrageſimo die conſummari. Ex abortionibus haec fortaſſe collecta ſunt. In avium tamen foetibus primum oculos ſingi dubium non eſt, quod in ovis ſaepe deprehendimus. Unde fieri non poſſe arbitror, quin fictio a capite ſumat exordium.*

rebrum, unde omnes ſunt ſenſus. Diogenes Apolloniates ex humore primum carnem fieri exiſtimavit, tum ex carne oſſa, nervosque, et
2 ceteras partes enaſci. At Stoici una totum infantem figurari dixerunt, ut una naſcitur, aliturque: ſunt, qui id opinentur fieri ipſa natura, ut Ariſtoteles, atque Epicurus: ſunt, qui potentia ſpiritus ſemen comitantis, ut Stoici ferme univerſi: ſunt, qui aethereum calorem ineſſe arbitrentur, qui membra diſponat, Anaxago-
3 ram ſecuti. Utcunque tamen formatus infans, quemadmodum in matris utero alatur, duplex opinio eſt. Anaxagorae enim, ceterisque compluribus, per umbilicum cibus adminiſtrari videtur; at Diogenes et Hippon exiſtimarunt, eſſe in alvo prominens quiddam, quod infans ore apprehendat, ex eoque alimentum ita trahat, ut, cum editus eſt, ex matris uberi-
4 bus. Ceterum, ut mares, feminaeve naſcantur, quid cauſſae eſſet, varie ab iisdem philoſophis traditum eſt. Nam, ex quo parente ſeminis amplius fuit, ejus ſexum repraeſentari dixit Alcmaeon; ex ſeminibus autem tenuioribus feminas, ex denſioribus mares fieri, Hippon

4. *ut mares feminaeve naſcantur* etc. Iis temporibus variae de hac re exſtiterunt opiniones, nec hodie in aprico eſt, et inter naturae curioſos valde diſceptatur, quid utriusque ſexus propagationem efficiat.

pon affirmat. Utrius vero parentis principium 5
ſedem prius occupaverit, ejus reddi naturam
Democritus retulit. At, inter ſe certare femi-
nas, et mares, et, penes utrumque victoria
ſit, ejus habitum referri, auctor eſt Parmeni-
des. Et e dextris partibus profuſo ſemine ma- 6
res

6. *e dextris partibus - mares gigni, at e laevis feminas.* Eidem ſententiae arridet Lactantius, et ex loco ad caput praecedens allato ſatis ſuperque adparet. Addimus his et opinionem ſuam de utero, quae c.l. multo infra eſt obvia, atque Anaxagorae Empedoclisque ſententiam confirmat: *Item in foeminis uterus in duas ſe dividit partes, quae in diverſum diffuſae ac reflexae circumplicantur, ſicut arietis cornua. Quae pars in dextram retorquetur, maſculina eſt: quae in ſiniſtram foeminina.* — Quis eſt, qui credat, hanc opinionem noſtra aetate tanquam novum inventum et myſterium, ut auctor venditabat, magnaque oſtentatione ſingulari in libello, qui uno ſolido vel aureo, ut ipſe in praefatione profitetur, erat ſolvendus, in lucem edebat, recoctam eſſe, niſi res lippis et tonſoribus eſſet nota. Libelli titulus eſt: *Völlig entdecktes Geheimniſs der Natur, ſowohl in der Erzeugung des Menſchen, als auch in der willkührlichen Wahl des Geſchlechts der Kinder, von Johann Chriſtoph Hencke, Organiſt bei der Kirche St. Martin in Hildburghauſen. Zu bekommen beym Verfaſſer. Braunſchweig, 1786. 224. Seit. ohne die Vorrede in 8.* Electionem ſexus in procreanda ſobole a teſtibus eorumque erectione dependere aſſerit pag. 203. ſeqq. et ſi quis puerum procreaturus eſt, ante omnia operam navet, ut teſticulus dextris partibus ſe levet, ex eoque ſemen profluat, ſi quis vero puellam, eodem modo alaboret, ut ſiniſtris partibus ſe erigat teſticulus, at-
que

res gigni, at e laevis feminas, Anaxagoras, Empedoclesque conſentiunt: quorum opiniones,

que ex eo ſemen ſe profundat. Liquet ex his, auctorem nil novi inveniſſe, et Anaxagorae Empedoclisque nec non Hippocratis opinionem de hac re ſaltem recoquiſſe, quam etiam Lactantius abhinc multis jam amplexus eſt annis. *Henckii* opinio interea refutatur in Libello, qui inſcribitur: *Die Erzeugung des Menſchen. Ein Leſebuch für Eheluſtige, Eheleute, Jünglinge und Jungfrauen. (Stendal bey D. C. Franzen und Groſse*, 1792. in 8.) a pag. 192—231. et demonſtrat, non fieri poſſe, ut quis ſexum in procreanda ſobole eligat, quia ex anatomicis obſervationibus liquet, omnia dependere a caſu, quod ovulum maſculinum vel foemininum ſemine maris foecundum reddatur.

de ſimilitudine librorum. de qua Lactantius c. l. ejusmodi: *Similitudines autem in corporibus filiorum ſic fieri putant: Cum ſemina inter ſe permiſta coalescunt: ſi virile ſuperaverit, patri ſimilem provenire, ſive marem, ſeu foeminam: ſi muliebre praevaluerit, progeniem cujusque ſexus ad imaginem reſpondere maternam. Id autem praevalet e duobus, quod fuerit uberius: alterum enim quodammodo amplectitur ac includit. Hinc plerumque fieri ſolet, ut unius tantum lineamenta praetendant. Si vero aequa fuerit ex pari ſemine permiſtio, figuras quoque miſceri, ut ſoboles illa communis aut neutrum referre videatur, quia totum ex altero non habet, aut utrumque, quia partem de ſingulis mutuata eſt. Nam in corporibus animalium videmus aut confundi parentum colores, ac fieri tertium neutri generantium ſimile, aut utriusque ſic exprimi, ut diſcoloribus membris per omne corpus concors miſtura varietur. Diſpares quoque naturae hoc modo fieri putantur: Cum forte in laevam uteri partem ma-*

nes, ut de hac ſpecie congruae, ita de ſimilitudine liberorum ſunt diſpariles. Super qua re

*masculinae ſtirpis ſemen inciderit, marem quidem gigni, opinatio eſt; ſed quia ſit in foeminina parte conceptus, aliquid in ſe habere foemineum, ſupra quam decus virile patiatur, vel formam inſignem, vel nimium candorem, vel corporis laevitatem, vel artus delicatos, vel ſtaturam brevem, vel animum imbecillum, vel ex his plura. Item ſi partem in dextram ſemen foeminini ſexus influxerit, foeminam quidem procreari: ſed quoniam in maſculina parte concepta ſit, habere in ſe aliquid virilitatis, ultra quam ſexus ratio permittat, aut valida membra, aut immoderatam longitudinem, aut fuscum colorem, aut hiſpidam faciem, aut vultum indecorum, aut vocem robuſtam, aut animum audacem, aut ex his plura. Si vero maſculinum in dextram, foemininum in ſiniſtram pervenerit, utrosque foetus recte proveni*re, *ut et foeminis per omnia naturae ſuae decus conſtet, et maribus tam mente, quam corpore robur virile ſervetur. Illud vero ipſum quam mirabile inſtitutum Dei eſt, quod ad conſervationem generum ſingulorum, duos ſexus maris ac foeminae machinatus eſt, quibus inter ſe per voluptatis illecebras copulatis, ſucceſſiva ſoboles pareretur, ne omne genus viventium conditio mortalitatis extingueret. Sed plus roboris maribus attributum eſt, quo facilius ad patientiam jugi maritalis foeminae cogerentur. Vir itaque nominatus eſt, quod major in eo vis eſt, quam in foemina, et hinc virtus nomen accepit. Item mulier (ut Varro interpretatur) a mollitie eſt dicta, immutata et detracta littera, velut mollier: cui ſuſcepto foetu, cum partus appropinquare coepit, turgeſcentes mammae dulcibus ſuccis diſtenduntur, et ad nutri-*

re Empedoclis diſputata ratio talis profertur.
7 Si par calor in parentum ſeminibus fuerit, patri ſimilem marem procreari; ſi frigus, feminam matri ſimilem. Quod ſi patris calidum erit, et frigidum matris, puerum fore, qui matris vultum repraeſentet; at ſi calidum matris, patris autem fuerit frigidum, puellam futuram, quae patris reddat ſimilitudinem.
8 Anaxagoras autem ejus parentis faciem referre liberos judicavit, qui ſeminis amplius contuliſſet. Ceterum, Parmenidis ſententia eſt, cum dexterae partes ſemina dederint, tunc filios eſſe patri ſimiles; cum laevae, tunc ma-
9 tri. Sequitur vero de geminis, qui, ut aliquando naſcantur, modo ſeminis fieri Hippon ratus eſt. Id enim, cum amplius eſt,
10 quam uni ſatis fuerit, biſariam deduci. Id ipſum ferme Empedocles videtur ſenſiſſe: nam cauſſas quidem, cur divideretur, non poſuit: tantummodo ait, ſi utrumque ſedes aeque calidas occupaverit, utrumque marem naſci: ſi fri-

trimenta naſcentis fontibus lactis foecundum pectus exuberat. Nec enim decebat aliud, quam ut ſapiens animal a corde alimoniam duceret. Idque ipſum ſolertiſſime comparatum eſt, ut candens ac pinguis humor teneritudinem novi corporis irrigaret, donec, ad capiendas fortiores cibos, et dentibus inſtruatur, et viribus roboretur.

frigidas aeque, utramque feminam; ſi vero alterum calidiorem, alterum frigidiorem, diſpari ſexu partum futurum.

CAPUT VII.

Upereſt dicere de temporibus, quibus partus ſoleant eſſe ad naſcendum maturi. Qui locus eo mihi cura majore tractandus eſt, quod quaedam neceſſe eſt, de aſtrologia, muſica et arithmetica attingere. Jam primum, a quoto poſt conceptionem menſe infantes edi ſoleant, frequenter inter veteres agitatum, non convenit. Hippon Metapontinus a ſeptimo ad

Cap. VII. 2. *nondum convenit.* Interea Jure Romano ſeptimus menſis determinatus eſt, quo partus perfectus naſci poſſit. Cf. L. 12. Dig. de ſtatu hom. (Lib. I. Tit. IV.) *Septimo menſe naſci perfectum partum, jam receptum eſt propter auctoritatem doctiſſimi viri Hippocratis: et ideo credendum eſt, cum qui ex juſtis nuptiis ſeptimo menſe natus eſt, juſtum filium eſſe.* Omnes antiqui recentioresque ſcriptores conſentire videntur, nullum ante ſeptimum menſem edi poſſe partum vitalem, quia infans intra hoc ſpatium maturitatem adſequi non poteſt. Quo factum eſt, ut legibus Romanis cautum ſit, quemlibet partum intra ſeptem menſes editum eſſe abortum, nec vivere poſſe, ut ex L. 2. Cod. de poſthum. hered. inſtit. l. exhered. (L. VI. T. XXIX.) adparet. Cf. etiam *Ueber die phyſiſche Erforderniſse der Erbfähigkeit der Kinder, von D. W. G. Ploucquet, der Arzneygelahrtheit Profeſſoren in Tübingen. (Tübingen, bey J. F.*

ad decimum menſem naſci poſſe exiſtimavit, nam ſeptimo partum jam eſſe maturum, eo quod in omnibus numerus ſeptenarius plurimum poſſit. Siquidem ſeptem formemur menſibus, additisque alteris recti conſiſtere incipiamus, et poſt ſeptem menſes dentes nobis innascantur, iidemque poſt ſeptimum cadunt annum, quarto decimo autem pubescere ſo-
3 lemus. Sed hanc a ſeptem menſibus incipientem.

J. F. Heerbradt. 1779. 8.) pag. 72. ſeq.

2. *numerus ſeptenarius plurimum poſſit.* Hujus Hipponis Megapontini ſententiam de ſeptenarii numeri effectu in edendo partu et Hippocrates, cujus auctoritas in ferendis legibus Romanis, quae legitimum partum concernunt, invaluit, amplexus eſt: Ἑπτάμηνος ὁ αἰὼν — φύσιος ἀναγκη, διότι ἐν ἑπτὰ τουτέων ἕκαστα διοικεῖται. Περὶ σαρκῶν.

poſt ſeptimum cadant annum. Plinius in Hiſt. Nat. autem affirmat dentes decidere ſeptimo anno.

quarto decimo anno aut. pubeſcere ſolemus. Diſcrimen inter maſculorum foeminarumque pubertatem eſſe, haud res eſt incognita, eaque de re fieri poteſt, ut plena pubertas a decimo quarto anno ad annum decimum octavum usque extenderetur, ex Jure Romano enim maſculi decimo octavo anno demum, foeminae vero decimo quarto puberes ſunt, ſecundum l. 14. §. 1. D. de aliment. vel cibar. legat. (Lib. XXXIV. Tit. I.)

3. *Sed hanc — maturitatem — ad decimum perductam.* Hic vel deficit verbum accuſativum cum infinitivo regens, vel nominandi caſus locum habeat et forſitan legendum: *Sed haec a ſeptem menſibus inci-*

tem maturitatem, usque ad decimum perdu-
ctam: ideo, quod in aliis omnibus haec eadem
natura eſt, ut ſeptem menſibus, annisve, tres
aut menſes, aut anni, ad confirmationem ac-
cedant. Nam dentes ſeptem menſium infanti 4
naſci, et maxime decimo perfici menſe: ſepti-
mo anno primos eorum excidere, decimo ul-
timos; poſt decimum quartum annum non-
nullos, ſed omnes intra ſeptimum decimum
annum pubescere. Huic opinioni in parte ali-
qua repugnant alii, alii in parte conſentiunt.
Nam ſeptimo menſe parere mulierem poſſe, 5
plurimi affirmant, ut Theano Pythagorica,
Ariſtoteles Peripateticus, Diocles, Evenor,
Straton, Empedocles, Epigenes, multique prae-
terea; quorum omnium conſenſus Euthyphro-
nem

incipiens maturitas usque ad decimum perducta ſcil. eſt, accuſandi caſus enim non ad ſequens referri poteſt verbum *accedunt*, quod dandi caſum regit, et ad rationem allatam, quam ob rem maturitatis ſpatium ad decimum menſem usque ſit prorogatum, pertinet, vel ſupplendum verbum: *credo, arbitror, cenſeo, puto vel exiſtimo*, et ſic legendum: *Sed hanc a ſeptem menſibus incipientem maturitatem, usque ad decimum perductam* ſcil. eſſe credo etc.

4. *ultimos* qui poſtremi poſt annos ſeptem naſcuntur et *κρατῆρες*, a Varrone autem *genuini* dicuntur, quos Plinius in Hiſt. Nat. Lib. XI. cap. 37. tamen poſt annum viceſimum naſci tradidit.

nem Cnidium non deterret, id ipſum intrepide pernegantem. Contra eum ferme omnes, Epicharmum ſecuti, octavo menſe naſci negaverunt. Diocles tamen Caryſtius, et Ariſtoteles Stagirites, aliter ſenſerunt. Nono autem, et decimo menſe, tum Chaldaei plurimi et idem mihi ſupra nominatus Ariſtoteles, edi poſſe partum putaverunt; neque Epigenes Byzantius nono poſſe fieri contendit; nec Hip-
6 pocrates Cous decimo. Ceterum undecimum menſem Ariſtoteles ſolus recipit, ceteri univerſi improbarunt.

CAP.

6. *undecimum menſem Ariſtoteles* Lib. VII. Hiſtor. Anim. cap. 4. Τὰ μὲν οὖν ἄλλα ζῶα μοναχῶς ποιεῖται τὴν τοῦ τόκου τελείωσιν. (εἷς γὰρ ὥρισαι τοῦ τόκου χρόνος πᾶσιν) ἀνθρώπῳ δὲ πολλοὶ μόνῳ τῶν ζώων. Καὶ γὰρ ἑπτάμηνα, καὶ ὀκτάμηνα, καὶ ἐννεάμηνα γίνονται, καὶ δεκάμηνα τὸ πλεῖςον. Ἔνιαι δὲ ἐπιλαμβάνουσι καὶ τοῦ ἑνδεκάτου μηνός. Quam opinionem etiam poſt Ariſtotelem fovebat Plinius in Hiſt. Nat. Lib. VII. cap. 5. *Caeteris animantibus ſtatum et pariendi et partus gerendi tempus eſt: Homo toto anno et incerto gignitur ſpatio. Alius ſeptimo menſe, alius octavo, et usque ad initia decimi undecimique.* Recentiores pariendi tempus usque ad decimum tertium extenderunt menſem, et, partui nullum certum tempus in univerſum tribui poſſe, oſtenderunt. Heiſter in Diſſert. *Qua partus tredecimeſtris pro legitimo habitus proponitur.* Varias veterum recentiorumque de conſueto pariendi tempore opi-

CAPUT VIII.

Sed nunc Chaldaeorum ratio breviter tractanda eſt, explicandumque, cur ſeptimo menſe, et nono, et decimo, tantummodo poſſe naſci homines arbitrentur. Ante omnia igitur 2 dicunt, vitamque noſtram, ſtellis tam vagis, quam ſtatis, eſſe ſubjectam, earumque vario mul-

opiniones congeſſit accurataque mentis trutina examinavit Ploucquet l. c. pag. 69. ſeqq. De eodem argumento etiam adeundus Roederer in Diſſ. *de temporum in graviditate et partu aeſtimatione.*

Cap. VIII. 1. *Chaldaeorum*, populi Orientis, Arabiae proximi, qui aſtrologiae et mathematicae ſcientiae quam maxime operam dederunt, hinc de iis Strabo Lib. VII. *Conſtat nusquam diligentius ſeveriusque mathematica ſtudia exculta fuiſſe, quam apud Chaldaeos.* Et Cicero de Divinat. *Chaldaei, non ex artis, ſed ex gentis vocabulo nominati, diuturna obſervatione ſiderum ſcientiam putantur effeciſſe, ut praedici poſſet, quid cuique eventurum, et quo quisque fato natus eſſet.* Adde Gellium Noct. Attic. Lib. XIV. cap. 1. qui Chaldaeorum diſciplinam vanam eſſe declarat.

2. *stellis tam vagis, quam ſtatis.* Stellae vagae vel errantes ſunt planetae, quorum ſunt ſeptem, Saturnus, Jupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius et Luna, ſtatae vero ſunt fixae, quae non moventur, et in orbe ſignifero ſtatum habent locum. Chaldaei cenſebant, varias conſtellationes conceptionis tempore in hominum animos influere, ſtellarumque diverſam naturam efficere, ut uniuscujusque hominis temperamentum aliquid a natura hujus ſtellae, in cujus conſtellatione ejus facta ſit conceptio, mutuetur.

multiplicique curſu, genus humanum gubernari, ſed ipſarum motus, ſchemataque, et effectus, a ſole crebro immutari. Nam, ut aliae occaſum, nonnullae ſtationem faciant, nosque omnes diſpari ſua temperatura afficiant, ſolis fieri potentia. Itaque eum, qui ſtellas ipſas, quibus movemur, permovet, animam nobis dare, qua regamur; potentiſſimum in nos eſſe, moderarique, quando poſt conceptionem veniamus in lucem; ſed hoc per tres facere conſpectus. Quid autem ſit conſpectus, et quot ejus genera, ut liquido perſpici poſſit, paucis praedicam.

4 Circulus eſt, ut ferunt, ſignifer, quem Graeci vocant ζωδιακόν; in quo ſol, et luna, ceteraeque ſtellae vagae feruntur. Hic in duodecim partes, totidem ſignis redditas, aequabiliter diviſus eſt. Cum ſol annuo ſpatio metitur:

3. *conſpectus* idem quod ſiderum poſitus ſive conſtellatio, ſi nimirum ſol ex duodecim ſignis unum ingreditur, ſiderum poſitus mutari ſolet, novusque conſpectus oritur.

4. *Circulus ſignifer* idem quod orbis ſignifer ſeu animalis, quem ſol intra anni ſpatium percurrere ſolet. Sunt duodecim ſigna in animalium formam figurata, nimirum Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Libraque, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora vel Aquarius, Pisces, quae orbem hunc ſigniferum conſtituunt. Quolibet menſe Sol horum ſignorum unum ingreditur, in eoque moratur. Cicero de Divinat. *Viam quandam eſſe ajunt ſignifero in orbe, qui ζωδιακὸς dicitur.*

tur: ita in uno quoque ſigno ferme unum menſem moratur. Sed ſignum quodlibet cum ceteris ſingulis habet mutuum conſpectum, non tamen uniformem cum omnibus: non validiores alii, infirmiores alii habentur. Igitur, quo tempore partus concipitur, ſol in aliquo ſigno ſit neceſſe; et in aliqua ejus particula, quem locum conceptionis proprie appellant. Sunt autem hae particulae in unoquoque ſigno tricenae, totius vero zodiaci numero CCCLX: has Graeci μοίρας cognominarunt: eo videlicet, quod deas Fatales nuncupant μοίρας. Et hae particulae nobis veluti fata

5. *deas Fatales*, i. e. tres Parcas, quae ex veterum ſuperſtitione fata hominum dirigere conſueverunt. De quibus Lactantius Lib. II. de Origine erroris cap. XI. *Omnia enim tribus temporibus contineri neceſſe eſt, praeterito, praeſenti, futuro. Praeteriti eſt origo, praeſentis ſubſtantia, futuri diſſolutio. Quae omnia in ſingulis hominibus apparent: incipimus enim cum naſcimur: et ſumus, cum vivimus: et deſinimus, cum interimus. Unde etiam tres Parcas eſſe voluerunt: unam, quae vitam hominibus ordiatur: alteram, quae contexat: tertiam, quae rumpat ac finiat. In toto autem genere hominum quia ſolum praeſens tempus apparet: ex eo tamen et praeteritum, id eſt, origo colligitur, et futurum, id eſt, diſſolutio. Nam quoniam eſt, apparet aliquando coepiſſe; eſſe enim nulla res ſine exordio poteſt, et quia coepit, apparet, quandoque deſitura. Nec enim poteſt id totum eſſe immortale.*

faſata ſunt: nam, qua potiſſimum oriente na-
6 ſcantur, plurimum refert. Sol ergo, cum in proximum ſignum tranſcendit, locum illum conceptionis, aut imbecillo videt conſpectu, aut etiam nec conſpicit: nam plures, proximantia ſibimet zodia, invicem ſe videre omnino negaverunt. At, cum in tertio eſt ſigno, hoc eſt, uno medio interpoſito, tunc primum illum locum, unde profectus eſt, videre dicitur, ſed valde obliquo et invalido lumine; qui conſpectus vocatur καθ' ἑξάγωνον, qui ſextam partem circuli ſubtendit. Nam ſi, ut a primo zodio ad tertium, ſic a tertio ad quinctum, inde porro ad ſeptimum, ac deinde alternae lineae emittantur, hexagoni aequilateralis forma in eodem circulo ſcriberetur.
7 Hunc quidam conſpectum non usquequaque rece-

tale, quod ex mortalibus conſtat. Nam ſicut univerſi per ſingulos interimus, ſieri poteſt, ut aliquo caſu omnes ſimul, vel ſterilitate terrarum; quae accidere vel particulatim ſolet; vel peſtilentia ubique diffuſa, quae ſingulas urbes, atque regiones plerumque populatur: vel incendio in orbe miſſo, quale jam fuiſſe ſub Phaëtonte dicitur: vel diluvio aquarum, quale ſub Deucalione traditur, cum praeter unum hominem genus omne deletum eſt.

6. *Zodia* i. e. ſigna coeleſtia in Zodiaco ſeu circulo ſignifero a graeco ζώδιον, animalculum.

proximantia i. e. quae ſibimet proxima ſunt.

καθ' ἑξάγωνον, ſecundum ſexangulum.

receperunt, quod minimum ad maturitatem partus videatur conferre. Cum vero in quar- 8
tum ſignum pervenit, et media duo ſunt, videt κατὰ τετράγωνον: quoniam illa linea, qua viſus pertendit, quartam partem orbis abſcidit. Cum autem in quincto eſt, tribus inter- 9
iacentibus mediis, κατὰ τρίγωνον adſpicit. Nam tertiam ſigniferi partem viſus, ille metitur. Quae duae viſiones τετράγωνοι et τρίγωνοι perquam efficaces, incrementum partus multum adminiculant. Ceterum a loco ſexto 10
conſpectus omni caret efficientia: ejus enim linea nullius polygoni afficit latus. At a ſeptimo zodio, quod eſt contrarium, pleniſſimus potentiſſimusque conſpectus, quosdam jam maturos infantes educit, qui ſeptemmeſtres appellantur, quia ſeptimo menſe naſcuntur.
At, ſi intra hoc ſpatium maturescere uterus 11
non potuerit; octavo menſe non editur: (ab octavo enim ſigno, ut a ſexto, inefficax viſus)

8. *κατὰ τετράγωνον*, i. e. ſecundum quadratum ſive ex quadrato.

κατὰ τρίγωνον, i. e. ſecundum triangulum vel ex triangulo.

10. *nullius polygoni afficit latus*, i. e. mathematicae nullius ſigurae ex pluribus angulis conſiſtentis latus tangit, ideoque inefficax.

11. *inefficax viſus* eſt quilibet, quam ſol neque ex linea triangulari neque ex ſexangulari neque e diametro

12 ſus) ſed vel nono menſe, vel decimo. Sol enim a nono zodio particulam conceptionis rurſus conſpicit κατὰ τρίγωνον, et a decimo κατὰ τετράγωνον. Qui conſpectus, ut ſupra 13 jam dictum eſt, perquam efficaces ſunt. Ceterum, undecimo non putant naſci, quia languido jam radio infirmum lumen καθ' ἑξάγωνον mittatur. Multo minus duodecimo, unde conſpectus pro nullo habetur: itaque ſecundum rationem hanc ἑπτάμηνοι naſcuntur κατὰ διάμετρον, ἐννεάμηνοι autem κατὰ τρίγωνον, δεκάμηνοι vero κατὰ τετράγωνον.

CAP. IX.

tro conſpicere poteſt, poſitiones enim ſiderum variae inter ſe efficaciam procreant, vel non.

13. *undecimo non putant naſci*, nititur enim Chaldaeorum principium de pariendi tempore in hoc fundamento: quo disjunctior et remotior ſol a conceptionis ſigno eſt, eo inefficacior, nec partum promovere poteſt, quia ſolis radii viribus ſunt deſtituti, ſignum conceptionis quam maxime remotum efficax reddendi, quamvis id ex ſexangulo conſpiciat.

ἑπτάμηνοι naſcuntur κατὰ διάμετρον, i. e. ſeptemmeſtres naſcuntur ex diametro, quia ſol conceptionis ſignum ex linea recta circuli conſpicit, diameter vel dimetiens enim eſt linea recta, quae ab una circuli extremitate ad alteram ducitur.

ἐννεάμηνοι *autem* κατὰ τρίγωνον, i. e. novemmeſtres autem ex triangulo.

δεκάμηνοι *vero* κατὰ τετράγωνον, i. e. decemmeſtres vero ex ſexangulo, quia viſiones ſexangulares et triangulares ſunt perquam efficaces, conſpectus a ſeptimo ſigno coeleſti vero efficaciſſimus, quoniam ſol ſeptimum ex diametro conſpicit ſignum.

CAPUT IX.

Hac Chaldaeorum ſententia explicata, tranſeo ad opiniomem Pythagoricam, Varroni tractatam in libro, qui vocatur Tubero, et intus inſcribitur, de orgine humana. Quae qui- 2
dem ratio praecipue recipienda ad veritatem proxime videtur accedere. Alii enim plerique, cum omnes partus non uno tempore fiant maturi, una tamen eademque tempora omnibus conformandis dederunt: ut Diogenes Apolloniates, qui maſculis, ait, corpus quatuor menſibus formari, et feminis quinque, vel Hippon, qui diebus ſexaginta infantem ſcribit formari; et quarto menſe carnem fieri concretam, quincto ungues, capillumque naſci; ſeptimo jam hominem eſſe perfectum.
3 Pythagoras autem (quod erat credibilius) dixit, partus eſſe genera duo, alterum ſeptem menſium, alterum decem: ſed priorem aliis dierum numeris conformari, aliis poſteriorem: eos vero numeros, qui in unoquoque partu aliquid afferunt mutationis, tum autem ſemen in ſanguinem, aut ſanguis in carnem, aut caro in hominis figuram convertitur, inter ſe collatos rationem habere eam, quam voces habent, quae in muſica σύμφωνοι vocantur.

CAP. X.

Cap. IX. 3. σύμφονοι, i. e. conſonantes, quae harmoniam conſtituunt, et inter ſe conſentiunt. Pythagorae

CAPUT X.

Sed haec, quo ſint intellectu apertiora, prius aliqua, de muſicae regulis huic loco neceſſaria, dicentur; eo quidem magis, quod
2 ea dicam, quae ipſis muſicis ignota ſunt. Nam ſonos ſcienter tractavere, et congruenti ordine reddidere illos: ipſis autem ſonis motuum modum, menſuramque invenere geometrae
3 magis, quam muſici. Igitur muſica eſt ſcientia bene modulandi: haec autem eſt in voce, ſed vox alias gravior mittitur, alias acutior. Singulae tamen voces ſimplices, et utcunque miſſae, φθόγγοι vocantur. Diſcrimen vero, quo alter φθόγγος acutior eſt, alter gravior,
4 appellatur διάστημα. Inter infimam, ſummamque

gorae principium enim erat, celeriorem aeque ac ſerotiniorem formationem partus inter ſe eandem harmonicam relationem habere, quam muſica, quae, niſi voces inter ſe conſentiant, harmoniam nullam efficere poteſt.

Cap. X. 3. φθόγγοι i. e. ſoni.

διάστημα i. e. intervallum, quod eſt vocis magnitudo a duobus circumſcripta tonis, ut Ariſtides Quintil. διάστημα definit.

4. *Inter infimam ſummamque vocem multa eſſe poſſunt in ordine diaſtemata* i. e. inter graviſſimum atque acutiſſimum ſonum multa eſſe poſſunt intervalla, alludit enim, quia addidit in ordine, ad ſcalam muſicam, quae totam ſeriem tonorum et ſemitoniorum majorum minorumque

que vocem, multa eſſe poſſunt in ordine poſita diaſtemata: quae alia aliis majora, minorave. Ut eſt illud, quod τόνον appellant, vel hoc minus ἡμιτόνιον, vel duorum, triumve, ac deinceps aliquot tonorum intervallum. Sed non promiscue voces omnes cum aliis ut libet junctae, concordabiles in cantu reddunt effectus.
5 Ut litterae noſtrae, ſi inter ſe paſ-

ſim

que complectitur, ideoque omnia continet intervalla, quae in concentu muſico occurere poſſunt.

τόνον i. e. tonum muſicum integrum, qui ſemitonio opponitur, quod modo major, modo minor dimidia pars toni eſt.

ἡμιτόνιον i. e. ſemitonium, quod eſt vel majus vel minus.

vel duorum, trium, ac deinceps aliquot tonorum intervallum. Hoc additamento noſter intervallorum ambitum explanare atque oſtendere ſtudet, quemlibet tonum, ſive ſit proximus ſive remotiſſimus, ſive imus vel ſummus in comparatione toni alius, qui tonus fundamentalis ſit neceſſe eſt, eſſe intervallum. Si enim in ſcala muſica tonum C tanquam fundamentalem in deſcendendo aſſumimus, proximum ſemitonium b cancellato exaltatum *cis*, ut rem exemplo ex recentioris muſicae artis principiis illuſtremus, (toni antiquorum enim, ut res eſt nota, nullo gaudebant nomine,) eſt intervallum, aeque ac ſeptima toni *h*.

non omnes voces concordabiles reddunt effectus, i. e. non omnes toni promiscue conjuncti efficiunt melodiam harmoniamque, alludit enim ad tonos diſſonantes, qui ſecunda et ſeptima toni ſunt cum eorum compoſitis.

5. *Ut litterae noſtrae, ſi inter ſe* etc. i. e. ut purae litterae conſonantes e. g.

c, d,

ſim jungantur, et non congruenter, ſaepe nec verbis, nec ſyllabis copulandis concordabunt: ſic in muſica certa quaedam ſunt intervalla, quae ſymphonias poſſint efficere. Eſt autem ſymphonia duarum vocum diſparium inter ſe
6 junctarum concentus. Symphoniae ſimplices ac primae ſunt tres, quibus reliquae conſtant: una duorum tonorum et hemitonii habens διάϛημα, quae vocatur διὰ τεσσάρων: altera trium et hemitonii, quam vocant διὰ πέντε: tertia eſt διὰ πασῶν: cujus διάϛημα continet
7 duas priores. Eſt enim vel ſex tonorum, ut Ariſtoxenus, muſicique aſſeverant; vel quinque et duorum hemitoniorum, ut Pythagoras, geometraeque; qui demonſtrant, duo hemitonia tonum complere non poſſe. Quare etiam hujusmodi intervallum Platoni abuſive ἡμιτόνιον, pro-

c, d, f, g, ſi inter ſe jungantur, ſine vocàli loco congruo inſerto non pronunciari poſſunt nec verbum formant: ſic in muſica occurrunt certi quidam ſoni, qui rite conjuncti tantummodo concentus efficere poſſint.

6. διὰ τεσσάρων i. e. quarta perfecta, quae ex duobus tonis integris et ſemitonio majori conſiſtit, ut c, f.

διὰ πέντε, i. e. quinta perfecta vel pura toni, quae ex tribus tonis integris et ſemitonio conſiſtit.

διὰ πασῶν i. e. octava, quae omnes alios modos, i. e. intervalla, in ſe concludit, ut Martin. Agricola in Scholiis ad Muſicam Wenceslai Philomatis de Nova Domo cap. 6. tradit.

proprie autem διέσις vel λεῖμμα appellatur.
Nunc vero, ut aliquid appareat, quemadmo- 8
dum voces, nec ſub oculos, nec ſub tactum
cadentes, habere poſſint menſuras: admirabi-
le Pythagorae referam commentum: qui, ſe-
creta naturae ſcrutando, reperit, phthongos
muſicorum convenire ad rationem numerorum.
Nam chordas aeque craſſas, parique longitu-
dine diverſis ponderibus tetendit: quibus ſae-
pe pulſis, nec phthongis ad ullam ſympho-
niam concordantibus, pondera mutabat, et
id

7. διέσις, i. e. diviſio toni in commata, quod in monochordo fieri ſolebat, cujus ope veteres proportiones muſicas dimetari conſueverunt. Dieſis et ſemitonium minus deſignat. Varias veterum opiniones de dieſi collegit *Walther im muſikaliſchen Lexicon voce* διέσις.

8. *phthongos muſicorum convenire ad rationem numerorum.* Modus ſonorum longitudines et altitudines dimetandi, quod ϰανονιϰή vel Canonica adpellari ſolet, habet et Pythagoram inventorem. In dimenſione et computatione tonorum ab aliis diſcrepavit, ponderibusque diverſis pari longitudine uſus, tonorum varietatem et diſcrepantiam eruere conatus eſt. De modo computandi et dimetandi ſonos multa exſtant ſcripta, quae in mea muſicae artis Litteratura §. 9. pag. 25-28. maxima ex parte attuli. Inter ſcriptores, qui hanc rem attigerunt, praecipue nominandus *Ernſt Flor. Fried. Chladni*, qui doctrinam de acuſtica ex profeſſo explanavit, Lipſiae 1802. in 4. Vide O. A. L. Z. 1803. XXVII. St. pag. 423. ubi tenor libri occurrit.

id identidem frequenter expertus, poſtremo deprehendit, tunc duas chordas concinere id, quod eſt διὰ τεσσάρων, cum earum pondera inter ſe collata rationem haberent, quam tria ad quatuor. Quem phthongum arithmetici Graeci ἐπίτριον vocant, Latini ſupertertium.
9 At eam ſymphoniam quae διὰ πέντε dicitur, ibi invenit, ubi ponderum diſcrimen in ſesquitertia eſt proportione, quam duo faciunt ad tria collata, quod ἡμιόλιον appellant. Cum autem altera chorda, duplo majore pondere, quam altera, tenderetur, et eſſet διπλασίῳ locus,

duas chordas concinere id, quod eſt διὰ τεσσάρων, h. e. duas chordas edere ſonum quartae toni.

ἐπίτριον, ſupertertium ab ea mathematica proportione, nomen eſt mutuatum, quae ἐπίτριτος vocatur, et oritur, ſi major numerus minorem ſemel, praetereaque tertiam minoris numeri partem in ſe concludit, e. g. 4-3. 8-6. 12-9. 40-30. Qua ex cauſſa etiam proportio ſupertertia vocatur. Vide Walther in muſikal. Lexicon voce ἐπίτριτος.

ἡμιόλιον i. e. totum quendam numerum cum dimidia ſua parte. *Eſt autem,* teſte Gellio Noct. Atticar. Lib. XVIII. cap. 14. hemiolios, *qui numerum aliquem totum in ſeſe habet, dimidiumque ejus: ut tres ad duo; quindecim ad decem; triginta ad viginti.* Quae proportio igitur sesquitertia nominatur, et Walther c. l. corrigendus, qui, proportionem ſesquitertiam et ſupertertiam unam eandemque eſſe, arbitratur, quamvis utraque proportio ſit diverſiſſima.

9. διπλασίῳ i. e. pro- por-

locus, διὰ πασῶν ſonabat. Hoc et in tibiis, 10
ſi conveniret, tentavit: nec aliud invenit. Nam quatuor tibias pari cavo paravit, impares longitudine. Primam (verbi cauſſa) longam digitos ſex: ſecundam, tertia parte addita, id eſt, digitorum octo: tertiam, digitorum novem, ſeſcuplo longiorem, quam primam: quartam vero duodecim digitorum, quae primam longitudine duplicaret. His itaque in- 11
flatis, et binarum facta collatione, omnium muſicorum auribus approbavit, primam et ſecundam reddere eam convenientiam, quam reddit διὰ τεσσάρων ſymphonia, ibique eſſe proportionem ſupertertiam. Inter primam vero, ac tertiam tibiam, ubi ſeſcupla proportio eſt, reſonare διὰ πέντε. Primae autem, quartaeque intervallum, quod habet duplam proportionem, διάστημα facere διὰ πασῶν. Sed 12
inter tibiarum, chordarumque naturam, hoc intereſt, quod tibiae incremento longitudinis

fiunt

portioni duplo majori, quia octava ſonum edebat. Altera chorda enim primam toni, altera vero octavam toni ſonabat, quia illa majore pondere extenſa acutiorem, haec autem minore pondere extenſa graviorem edebat ſonum.

19. *in tibiis.* De veterum tibiis et earum antiquo uſu conſulendus Caſp. Bartholinus, qui omnia congeſſit de hac materia apud auctores claſſicos obvia, Amſtelaedami, 1679. in 12.

Cap. XI.

ſiunt graviores, chordae autem, augmento additi ponderis, acutiores: utrobique tamen eſt eadem proportio.

CAPUT XI.

His expoſitis, forſitan obſcure, ſed quam potui lucidiſſime, redeo ad propoſitum: ut doceam, quid Pythagoras de numero dierum
2 ad partus pertinentium ſenſerit. Primum, ut ſupra memoravi, generaliter duos eſſe partus dixit: alterum minorem, quem vocant ſeptemmeſtrem, qui decimo et ducenteſimo die poſt conceptionem exeat ab utero; alterum majorem, decemmeſtrem, qui edatur die CCLXXIV;

Cap. XI. 2. *ut ſupra memoravi.* Cap. IX. §. 3.

ſeptemmeſtrem. Supra jam adnotavimus, partum ſeptemmeſtrem, quamvis ſit rarior novemmeſtri et decemmeſtri, legibus Romanis ex Hippocratis medici auctoritate pro legitimo haberi.

decemmeſtrem. De temporis varietate in puerperiis omnino conferendus Gellius Noct. Attic. Lib. III. cap. 16. *Et medici et philoſophi illuſtres de tempore humani partus quaeſiverunt, πόσος ὁ τῆς τῶν ἀνθρώπων κυήσεως χρόνος: et multa opinio eſt, eaque jam pro vero recepta, poſtquam mulieris uterus conceperit ſemen, gigni hominem ſeptimo raro, nunquam octavo, ſaepe nono, ſaepiusnumero decimo menſe, eumque eſſe hominem gignendi ſummum finem, decem menſes non inceptos, ſed exactos. Idque Plautum veterem poëtam dicere videmus in comoedia Ciſtellaria his verbis:*

CCLXXIV; quorum prior ac minor, ſenario maxime continetur numero: Nam, quod ex 3 ſemine conceptum eſt, ſex, ut ait, primis diebus humor eſt lacteus: deinde proximis octo, ſanguineus: qui octo, cum ad primos ſex acceſſerunt, faciunt primam ſymphoniam διά τεσσάρων; tertio gradu novem dies accedunt, jam carnem facientes: hic cum ſex illis primis collati, ſeſcuplam faciunt rationem, et ſecundam ſymphoniam διὰ πέντε. Tum deinceps ſequentibus duodecim diebus, fit corpus jam formatum. Horum quoque ad eosdem ſex collatio, tertiam διὰ πασῶν reddit ſymphoniam, duplici ratione ſubjectam. Hi 4 quatuor numeri, VI, VIII, IX, XII, conjuncti, faciunt dies XXXV. Nec immerito ſenarius fundamentum gignendi eſt: nam cum τέλειον Graeci, nos autem perfectum vocamus: quod ejus partes tres, ſexta, et tertia, et dimidia, id eſt, unus, et duo, et tres, eundem ipſum perficiunt. Sed, ut initia ſeminis, et 5 lacteum illud conceptionis fundamentum, primitus hoc numero abſolvitur: ſic hoc initium formati hominis, et velut alterum maturescendi fundamentum, quod eſt quinque et tri-

ginta

— — tum illa quam compreſſerat,

Decumo poſt menſe ex acto hic peperit filiam

ginta dierum, ſexies ductum, cum ad diem
6 CCX pervenit, maturum procreatur. Alter autem ille partus, qui major eſt, majori numero continetur, ſeptenario ſcilicet, quo tota vita humana finitur: ut et Solon ſcribit, et Judaei in dierum omnium numeris ſequuntur, et Etruscorum libri Rituales videntur indicare. Hippocrates quoque, aliique medici, in corporum valetudinibus non aliud oſtendunt; namque ſeptimum quemque diem κρί-
7 σιμον obſervant. Itaque, ut alterius partus origo in ſex eſt diebus, poſt quos ſemen in ſanguinem vertitur: ita hujus in ſeptem: et, ut ibi quinque et triginta diebus infans membratur, ita hic pro portione, diebus fere quadraginta. Quare in Graecia dies habent quadrageſimos inſignes. Namque praegnans ante diem quadrageſimum non prodit in fanum, et poſt

partum

6. *ſeptimum quemque diem κρίσιμον obſervant*, quo nimirum natura cum morbo conflictari ſolet. Dies κρίσιμοι vel critici dicuntur, quia in iis de morbi ratione judicium fieri poteſt, et quibus vel exitii vel ſalutis notae adparent. Criticis diebus ii adnumerantur, qui numero impares ſunt, nempe tertius, quintus, ſeptimus, nonus, undecimus, inter quos vero ſeptimus et decimus quartus prae caeteris obſervantur.

7. *infans membratur* i. e. formatur, ſive infantis membra finguntur. Sic Cicero *Corpora ad membrorum flexus formari, niſi tenera, non poſſunt.*

partum quadraginta diebus pleraeque fere graviores ſunt, nec ſanguinem interdum continent, et parvuli ferme per hos dies morbidi, ſine riſu, nec ſine periculo ſunt. Ob quam cauſſam, cum is dies praeterit, diem feſtum ſolent agitare; quod tempus appellant τεσσαρακοςόν. 8
Hi igitur dies XXXX per ſeptem illos initiales multiplicati, fiunt dies CCLXXX, id eſt, hebdomades quadraginta. Sed, quoniam ultimae illius hebdomadis primo die editur partus, ſex dies decedunt: et CCLXXIV obſervatur. Qui numerus dierum ad tetragonum illum Chaldaeorum conſpectum ſubtiliter congruit. Nam, cum ſigniferum orbem diebus CCCLXV et aliquot horis ſol circumeat, 9
quarta neceſſe eſt parte demta, id eſt, diebus LXXXX et uno, aliquotque horis, tres quadras, reliquis diebus ducentis ſeptuaginta quinque non plenis, percurrat, usque dum perveniat ad id loci, unde conceptionis initium qua-

fere Goetzius veriſimile ex errore typographico habet *ferae*.

8. τεσσαρακοςόν i. e. quadrageſimale.

ad tetragonum Chaldaeorum conſpectum congruit, quo nimirum ſol ex quadrato conceptionis ſignum conſpicit. Vide ſupra Cap. 8. *Cum vero in quartum ſignum pervenit* ſcil. ſol, *et media duo ſunt, videt κατὰ τετράγωνον: quoniam illa linea, qua viſus pertendit, quartam partem orbis abſcidit.*

quadratus, adſpiciat. Unde autem mens hu-
mana dies iſtos commutationis ſpeculari, et
arcana naturae rimari potuerit, nemo mire-
tur. Haec enim frequens medicorum expe-
rientia pervidit; qui cum multas animadverte-
rent ſemen non retinere conceptum, comper-
tum habuerunt, quod intra ſex dies, ſeptem-
ve ejiciebatur, eſſe lacteum, et vocaverunt
10 ἔκρυσιν; quod poſtea autem ſanguineum, id-
que ἔκτρωσμὸς appellatur. Quod vero ambo
11 partus videntur paribus dierum numeris conti-
neri, Pythagoras imparem laudet, tamen a ſectà
non diſcrepat: duos enim impares CCVIIII et
CCLXXIII dicit expleri; ad quorum conſum-
mationem aliquid ex ſequentibus accedere,
12 quod tamen diem ſolidum non afferat. Cujus
exemplum videmus tam in anni, quam menſis
ſpatio ſervaſſe naturam: cum et anni imparem
dierum CCCLXV numerum aliquanto cumula-
verit; et menſi lunari ad dies undetriginta ali-
quid addiderit.

CAP. XII.

9. *arcana naturae rimari* i. e. perquirere et ſcrutari.

10. ἔκτρωσμος procul dubio idem quod ἔκτρωμα, abortus.

11. *duos enim impares* CCVIIII *et* CCLXXIII *dicit expleri* alii vero libri legunt: *duos enim impares* CCVIIII *et* CCLXXVIIII *dicit expleri.* Ex conjectura Nagelii §. 2. Progr. obvia numerum verum accuratioremque repoſuimus, brevitatisque ſtudio lectorem ad rationes ibi allatas relegamus.

CAPUT XII.

Nec vero incredibile eſt, ad noſtros natales muſicam pertinere: haec enim, ſive in voce tantummodo eſt, ut Socrates ait; ſive, ut Ariſtoxenus, in voce et corporis motu; ſive in his, et praeterea in animi motu, ut putat

Cap. XII. 1. *in voce.* Conf. Lactantius Libro de Opificio Dei Cap. 15.

Ariſtoxenus qui et ſingularem de mente fovebat opinionem, quam adfert et refellit Lactantius Libro de Opificio Dei Cap. 16. *Illum autem cave, ne unquam ſimile veri putaveris, quod Ariſtoxenus dixit: Mentem omnino nullam eſſe, ſed quaſi harmoniam in fidibus ex conſtructione corporis, et compagibus viſcerum vim ſentiendi exiſtere. Muſici enim intentionem, concentumque nervorum in integros modos ſine ulla offenſione conſonantium Harmoniam vocant. Volunt igitur animum ſimili ratione conſtare in homine, qua et concors modulatio conſtat in fidibus: ſcilicet ut ſingularum corporis partium firma conjunctio, membrorumque omnium conſentiens in unum vigor motum illum ſenſibilem faciat, animumque concinnet, ſicut ſunt nervi bene intenti ad conſpirantem ſonum. Et ſicut in fidibus, cum aliquid aut interceptum, aut relaxatum eſt, omnis canendi ratio turbatur, et ſolvitur: ita in corpore, cum pars aliqua membrorum duxerit vitium, deſtrui univerſa, corruptisque omnibus atque turbatis, occidere ſenſum, eamque mortem vocari. Verum ille, ſi quicquam mentis habuiſſet, non harmoniam de fidibus ad hominem tranſtuliſſet. Non enim canere ſua ſponte fides poſſunt, ut ſit ulla in his comparatio ac ſimilitudo viventis. Animus autem ſua ſponte et cogitat et movetur. Quod ſi quid* in

D 2

putat Theophraſtus: certe multum obtinet divinitatis, et animis permovendis plurimum valet.
2 Nam, niſi grata eſſet immortalibus diis, qui conſtant ex anima divina, profecto ludi ſcenici, placandorum deorum cauſſa inſtituti non eſſent: nec tibicen omnibus ſupplicationibus in ſacris aedibus adhiberetur: non cum tibicine triumphus ageretur: non Apollini cithara, non Muſis tibiae, ceteraque id genus eſſent attributa; non tibicinibus, per quos numina placantur, eſſet permiſſum, aut ludos publice facere, ac veſci in Capitolio, aut Quin-

in nobis harmoniae ſimile eſſet, ictu moveretur externo, ſicut nervi manibus, qui ſine tactu artificis, pulſuque digitorum muti atque inertes jacent. Sed nimirum pulſandus ille manu fuit, ut aliquando ſentiret, quia mens ejus ex membris male compacta torpebat.

animis permovendis plurimum valet. Quae natura, hominum affectus vel deſideria inflammandi et leniendi, muſicae ab antiquis non modo, verum etiam a recentioribus ſcriptoribus omni jure adſcribitur. Cf. Bartholinus de Tibiis Veterum Lib. II. cap. 1. quod de Tibiae vi ad varie afficiendos animos, eosque vel concitandos vel molliendos agit.

2. *tibicen adhiberetur.* Tibiam in feſtis publicis ludisque ſcenicis eſſe adhibitam, teſtatur multisque locis aliorum ſcriptorum allatis probat Bartholinus Lib. II. cap. 9. et 10.

non cum tibicine triumphus ageretur. Conf. Bartholin. Lib. II. cap. 4. de tibia in triumpho.

veſci in Capitolio. Id teſtatur etiam Valer. Maximus Lib. II. cap. 5. n. 4. *Tibicinum quoque collegium ſolet in foro vulgi oculos in ſe convertere, cum inter publicas privatas-*

Quinquatribus minuſculis, id eſt, Idibus Juniis, urbem veſtitu quo vellent, perſonatis temu-

lentasque ferias, actiones, perſonis tecto capite, variaque veſte velatis, concentusque edit. Inde tracta licentia. Quondam vetiti in aede Jovis, quod priſco more factitaverant, veſci, Tibur irati ſe contulerunt. Quorum miniſterio ſenatus deſerta ſacra non aequo animo ferens, per legatos a Tiburtiis petiit, ut eos gratia ſua Romanis templis reſtituerent. Quos illi in propoſito perſeverantes, interpoſita feſtae epulationis ſimulatione, mero ſomnoque ſopitos, plauſtris in Urbem devehendos curaverunt: quibus et honos priſtinus reſtitutus, et hujusce luſus jus eſt datum. Perſonarum uſus, pudorem circumventae temulentiae cauſam habet. Adde Bartholin. Lib. III. cap. 1. pag. 323.

Quinquatribus minuſculis. De his ſic Pompejus Feſtus: *Quinquatrus appellari quidam putant a numero dierum, qui fere his celebrantur. qui ſcilicet errant, tam Herculo, quam qui triduo Saturnalia, et totidem diebus Compitalia. nam omnibus his ſingulis diebus fiunt ſacra, forma autem vocabuli ejus, exemplo multorum populorum Italicorum, enuntiata eſt, quod poſt diem quintum Iduum eſt is dies feſtus, ut apud Tuſculanos Triatrus, et Sexatrus, et Septenatrus, et Faliſcos Decimatrus. Minervae autem dicatum eum diem exiſtimant, quod eo die aedis ejus in Aventino conſecrata eſt.* Et Idem: *Minuſculae Quinquatrus appellabantur Idus Juniae, quod is dies feſtus erat tibicinum, qui Minervam colebant. Quinquatrus proprie dies feſtus erat Minervae, Martio menſe.* Quocum plane congruit Varro de L. L. Lib. V. *Quinquatrus minuſculae dictae Juniae Idus a ſimilitudine majorum: quod Tibicines tum feriati per urbem vagan-*

3 mulentiſque pervagari. Hominum quoque mentes, et ipſae (quamvis Epicuro reclamante,) divinae, ſuam naturam per cantus agnoſcunt. Denique, quo facilius ſufferant laborem, vel in navis metu a vectore ſymphonia adhibetur; legionibus quoque in acie dimicantibus etiam metus mortis claſſico depelli-
4 tur. Quam ob rem Pythagoras, ut animum

ſua

gantur, et conveniunt ad aedem Minervae. Plura loca adfert Bartholin. l. c. p. 322. ſeq.

3. *In navis metu a vectore ſymphonia adhibetur.* Vector diſcrepat a gubernatore navis ut liquet ex Cicer. Philipp 2. *Et ſummi gubernatores in magnis tempeſtatibus a vectoribus admoneri ſolent.* Vector procul dubio idem qui celeuſtes, hortator remigum, qui remigibus eſt praepoſitus. Symphonia hic vel deſignat carmen nauticum, quod et celeuſma ſeu celeuma dicitur, vel tibiarum cantum, quo carmen nauticum ejusque melodiam proſequi ſolebant. Hinc Rutilius Lib. I. v. 369. ſeq.

Hic mecum pigri ſolabar taedia venti,
Dum reſonat variis vile celeuſma modis.

et Martialis Libri III. Epigr. 67. v. 1. ſeqq.

Ceſſatis pueri, nihilque noſtis
Veientone aſinoque pigriores:
Quorum per vada tarda navigantes,
Lentos tingitis ad Celeuma remos.

Conferendus etiam eſt Bartholinus Lib. II. cap. 16. de tibia nautica.

metus mortis claſſico depellitur, i. e. *ſono tubae, quo ſignum pugnae datur, militibus animus inflammatur ad certamen, metusque mortis hoc modo obliviſcuntur.* Bartholinus l. c. Lib. II. cap. 5. omnia congeſſit loca, quae tibiae uſum in bello probant.

ſua ſemper divinitate imbueret, priusquam ſe ſomno daret, et cum eſſet expergitus, cithara, ut ferunt, cantare conſueverat; et Aſclepiades medicus, phreneticorum mentes morbo

4. *priusquam* Goetzius legit *prius, quam.* Sed et alibi priusquam ſaepius tanquam adverbium occurrit, nec opus eſt, prius et quam virgula ſejungi. Cf. Cornel. Nepos I. 5. 4. *Priusquam Lacedaemoniis ſubſidio venirent.*

expergitus. Vide Gronov. ad Livium Lib. VII. pag. 654. edit. Baſileens. Feſtus ſic illuſtrat: *Expergitus, ab alio excitatus: quem ſolemus dicere expergeſactum.* Sed in eo ſenſu hic neutiquam eſt ſumendum, quia de quotidiano more Pythagorae eſt ſermo, nec praeſumendum Pythagoram quotidie ab alio eſſe excitatum, ſed eum, ſine ullius hortatione e ſomno eſſe ſuſcitatum vel evigilaſſe.

cithara - cantare conſueverat. Quem morem etiam ejus diſcipuli ſunt ſecuti, ut teſtatur Quintilianus in Inſtit. Orat. Lib. IX. cap. 4. *Pythagoreis certe moris fuit, et cum evigilaſſent animos ad lyram excitare, quo eſſent ad agendum erectiores, et cum ſomnum peterent, ad eandem prius lenire mentes, ut, ſi quid fuiſſet turbidiorum cogitationum, componeret.*

phreneticorum mentes, qui morbo phrenetico laborant. Phrenitis vel Phreniſis eſt ſymptoma, et morbus aegrotantium cum deſipere videntur furioſaque loquuntur, fortaſſe erat febris maligna, quae cum delirio eſt conjuncta. Conf. Juvenalis Satir. XIV. v. 136. ſeq.

Cum furor haud dubius, cum ſit manifeſta Phreneſis,
Ut locuples moriaris, egenti vivere fato.

Lubinus phreneſin pro furore et amentia declarat. Mar-

bo turbatas, ſaepe per ſymphoniam ſuae naturae reddidit. Herophilus autem, artis ejusdem profeſſor, venarum pulſus rhythmis muſicis,

Martianus Capella Lib. IX. eandem muſicae vim in curandis morbis praedicat: *Quid? Afflictionibus corporum nonne aſſidua meditatione ſuccurri? Febrem curabant vulneraque veteres cantione. Asclepiades etiam tuba ſurdiſſimis medebatur: Ischiadas quis neſciat expelli aulica* (αὐλικῇ, ſeu tibiali) *ſuavitate? Xenocrates organicis modulis lymphaticos liberabat.* Et Gellius in Noct. Attic. Lib. IV. cap. 13. *Creditum hoc a plerisque eſt et memoriae mandatum: ischiaci cum maxime doleant, tum, ſi modulis lenibus tibicen incinat, minui dolores. Ego nuperrime in libro Theophraſti ſcriptum inveni, viperarum morſibus tibicinum ſcite modulateque adhibitum mederi. Refert etiam idem Democriti liber, qui inſcribitur* περὶ λοιμῶν ἢ λοιμικῶν κακῶν. *In quo docet plurimis hominum morbis medicinam fuiſſe incentiones tibiarum. Tanta prorſus eſt affinitas corporibus hominum mentibusque; et propterea quoque vitiis aut medelis animorum et corporum.* Muretus in dubium vocat Theophraſtum de viperarum morſibus ſermocinari, ſed potius credit, eum de Phalangiis, qui Tarantulae vocantur, ſcripſiſſe, quorum morſus inſtrumentis muſicis ſanari ſolent. Conf. Wolferdi Senguerdii Phil. Doct. *Tractatus phyſicus de Tarantula. In quo praeter ejus deſcriptionem, effectus veneni Tarantulae; qui hactenus fuerunt occultis qualitatibus adſcripti, rationibus naturalibus deducuntur et illuſtrantur. (Lugduni Bat. apud Gaasbeeckios.* 1668. *in* 12.) *Cap. V-XII.*

Ita-

ſcis, ait, moveri. Itaque, ſi et in corporis et animi motu eſt harmonia, procul dubio a natalibus noſtris muſica non eſt aliena.

CAPUT XIII.

Ad haec accedit, quod Pythagoras prodidit, hunc totum mundum muſica factum ratione: ſeptemque ſtellas inter coelum et terram vagas, quae mortalium geneſes moderantur, motum habere εὔρυθμον, et intervalla muſicis diaſtematis congrua, ſonitusque varios reddere, pro ſua quamque altitudine, ita concordes, ut dulciſſimam quidem concinant melodiam, ſed nobis inaudibilem, propter vocis

Itaque, ſi et in corporis ect. Sic interpungendum eſſe arbitror, Goetzius vero interpungit: *Itaque, ſi et in corporis et animi motu eſt harmonia: procul dubio etc.*

Cap. XIII. 1. *ſeptemque ſtellas—vagas*, quae ſunt planetae, et a ſtellis fixis eam ob rem differunt, quia certo ordine ſe movent, ſurſumque ſuum ſtato tempore incipere et finire ſolent.

concinant melodiam. De qua ſtellarum melodia conf. Cicero Lib. X. de Republ. et Agoſtino Steffani nella Diſſertazione Quanta Certezza habbia da ſuoi principii la Muſica ed in qual pregio foſſe perciò preſſo gli Antichi. (Amſterdam 1695. in 12.) pag. 45.

geneſes a graeco γένεσις i. e. generationes ſeu nativitates, *moderantur* idem quod dirigunt ſive gubernant.

motum

cis magnitudinem, quam capere aurium no-
2 ſtrarum anguſtiae non poſſunt. Nam, ut Era-
toſthenes geometrica ratione collegit, maxi-
mum terrae circuitum eſſe ſtadiorum CCLII
millium: ita Pythagoras, quot ſtadia inter
terram et ſingulas ſtellas eſſent, indicavit.
Stadium autem in hac mundi menſura id po-
tiſſimum intelligendum eſt, quod Italicum vo-
cant, pedum IƆCXXV: nam ſunt praeterea
et alia, longitudine diſcrepantia: ut Olympi-
picum, quod eſt pedum IƆC; item Pythicum,
3 pedum CIƆ. Igitur ab terra ad lunam Pytha-
goras putavit eſſe ſtadiorum circiter CXXVI
millia, idque eſſe toni intervallum; a luna
autem usque ad Mercurii ſtellam, quae ςίλ-
βων vocatur, dimidium ejus, velut ἡμιτόνιον;
hinc

motum habere εὔρυθμον, i. e. curſum habere concinnum vel numeroſum, qui numeris poteſt computari.

diaſtematis i. e. intervallis. Vide quae ad Cap. X. adnotavimus.

2. *Stadium* centum et viginti quinque paſſuum, ſive ſexcentorum et viginti quinque pedum ſpatium eſt. Plinius Lib. II. cap. 23. quanto ſpatio confecto uno ſpiritu Hercules dicitur ſubſtitiſſe, ut ſit appellatum ſtadium ἀπὸ τοῦ ςάσεως, hoc eſt, a ſtatione, ut Faber in Theſauro Lat. Ling. docuit.

3. ςίλβων a graeco ςίλβω, ſplendeo, reluceo, coruſco, illuſtro, originem traxit, quia Mercurii ſtellae ſplendor alias antecellit ſtellas.

φωσφο-

hinc ad φώσφορον, quae eſt Veneris ſtella, fere tantundem, hoc eſt, aliud ἡμιτόνιον: inde porro ad ſolem ter tantum, quaſi tonum et dimidium. Itaque ſolis aſtrum abeſſe a ter- 4
ra tonos tres et dimidium, quod vocatur διὰ πέντε; a luna autem duos et dimidium, quod eſt διὰ τεσσάρων: a ſole vero ad ſtellam Martis, cui nomen eſt πυρόεις, tantundem intervalli eſſe, quantum a terra ad lunam, idque facere τόνον, hinc ad Jovis ſtellam, quae φαέθων appellatur, dimidium ejus, quod facit ἡμιτόνιον: tantundem a Jove ad Saturni ſtellam, cui φαίνων nomen eſt, id eſt, aliud ἡμιτόνιον: inde ad ſummum coelum, ubi ſigna ſunt, perinde ἡμιτόνιον. Itaque a coelo ſum- 5
mo ad ſolem diaſtema eſſe διὰ τεσσάρων, id

eſt,

φώσφορον i. e. Phoſphorum, vel Veneris ſtellam, quae et Lucifer et Heſperus a Poëtis dicitur. Ipſa denominatio graeca Veneris ſtellae latine enunciata apud Poëtas occurrit. Sic Martialis Lib. VIII. Epigr. 21. v. 1. ſeq.

Phoſphore redde diem. Quid gaudia noſtra moraris?
Caeſare venturo, Phoſphore, redde diem.

4. φαέθων ſic Poëtae graeci ſtellam Jovis non modo, verum etiam Solem ipſum vocare ſolent, ἀπὸ τοῦ φάους, a luce, et αἴθω, uro.

5. τῶ

eſt, duorum tonorum et dimidii: ad terrae autem ſummitatem ab eodem coelo tonos eſſe ſex, in quibus ſit διὰ πασῶν ſymphonia. Praeterea multa, quae muſici tractant, ad alias retulit ſtellas, et hunc omnem mundum ἐναρμόνιον eſſe oſtendit. Quare Dorylaus ſcripſit, eſſe hunc mundum organum Dei: alii addiderunt, eſſe idem τὸ χορεῖον, quia ſeptem ſunt vagae ſtellae, quae plurimum moveantur.
6 Sed, his omnibus ſubtiliter tractandis, hic locus non eſt: quae, ſi vellem in unum librum ſeparatim congerere, tamen in anguſtiis verſarer: quin potius, (quoniam me longius dulcedo muſica abduxit,) ad propoſitum revertor.

CAPUT XIV.

Igitur, expoſitis iis, quae ante diem natalem ſunt: nunc, ut climacterici anni noſcantur,

6. τὸ χορεῖον vel χωρεῖον idem quod ſecundinae, quia foetum capiunt, atque in ſe comprehendunt. Sic mundum forſan ſecundinis acquiparabant, quia omnia capit, alit et in ſe comprehendit, ut foetum ſecundinae nutrire ſolent.

Cap. XIV. *climacterici anni* id quod noſtris *Stufeniahre.* Climactericum tempus occurrit apud Plinium Lib. I. Epiſt. 20. *Habet climactericum tempus, ſed*

tur, quid de gradibus aetatis humanae ſenſum ſit, dicam. Varro quinque gradus aetatis aequabiliter putat eſſe diviſos; unumquemque ſcilicet, praeter extremum, in annos XV. Ita primo gradu usque ad annum XV, pueros dictos, quod ſint puri, id eſt, impubes. Secundo ad XXX annum, adoleſcentes, ab adoleſcendo ſic nominatos. In tertio gradu qui erant, usque XXXXV annos, juvenes appellatos, eo quod rempublicam in re militari poſſunt juvare. In quarto autem usque ad LX annum ſenio-

ſed evades, quod ut tibi magis liqueat, aruspicem conſulam, quem ſum frequenter expertus. Fuſius agit de annis climactericis Claud. Salmaſius in peculiari Diatribe. (Lugd. Batav. apud Elzevir. 1648. in 8.)

2. *gradus aetatis.* Aliam graduum aetatis humanae diviſionem, quam comparandi cauſa adferimus, exhibet ex Tuberonis hiſtoria Gellius in Noct. Atticar. Lib. X. cap. 28. *C. Tubero in hiſtoriarum primo ſcripſit, Servium Tullium, regem populi Romani, cum illas quinque claſſes juniorum, cenſus faciendi gratia, inſtitueret, pueros eſſe exiſtimaſſe, qui minores eſſent annis ſeptemdecim: atque inde ab anno ſeptimodecimo, quo idoneos jam eſſe reipublicae arbitraretur, milites ſcripſiſſe: eosque ad annum quadrageſimum ſextum juniores, ſupraque eum annum ſeniores appellaſſe. Eam rem propterea notavi, ut diſcrimina, quae fuerint judicio moribusque majorum pueritiae, juventae, ſenectae, ex iſta cenſione Servii Tullii prudentiſſimi regis noſcerentur.*

usque

ſeniores eſſe vocitatos, quod tunc primum ſe-
neſcere corpus incipiat. Inde usque finem vi-
tae uniuscujusque, quinctum gradum factum,
in quo qui eſſent, ſenes appellatos, quod ea
3 aetate corpus ſenio jam laboraret. Hippocra-
tes medicus in ſeptem gradus aetates diſtri-
buit: finem primae putavit VII annum; ſecun-
dae XIV: tertiae XXVIII: quartae XXXV:
quinctae XXXXII: ſextae LVI: ſeptimae no-
4 viſſimum annum vitae humanae. Solon au-
tem partes fecit decem: et Hippocratis gra-
dum tertium, et ſextum, et ſeptimum, ſingu-
los bifariam diviſit, ut unaquaeque aetas an-
5 nos haberet ſeptenos. Staſeas Peripateticus
ad has Solonis decem hebdomadas addidit
duas, et ſpatium plenae vitae quatuor eſſe di-
xit: quem terminum ſi quis praeterit, facere
idem quod σταδιοδρόμοι ac quadrigae faciunt;
6 cum extra finem procurrunt. Etruscis quoque
libri

usque ad LX annum ſeniores eſſe vocitatos Goezius legit *ad usque LX annum, ſeniores eſſe vocitatos* ect. Virgulam haud neceſſariam duco.

5. σταδιοδρόμοι i. e. curſores, qui ſtadium decurrunt, metamque optatam contingunt et ſuperant, *Wettläufer.*

quadrigae in ſenſu proprio ſunt currus cui quatuor equi adjuncti, quadrigarius vero, qui ejusmodi curru vehitur, i. e. auriga vel gubernator currus ſeu quadrigarum. Hic vero, de
curſus

libris Fatalibus aetatem hominis duodecim heb-
domadibus deſcribi Varro commemorat. Quae
duo ad decies ſeptenos annos poſſet fatalia de-
precando rebus divinis proferri: ab anno autem
octuageſimo nec poſtulari debere, nec poſſe
ab diis impetrari. Ceterum poſt annos octo-
ginta quatuor a mente ſua homines abire, ne-
que his fieri prodigia. Sed ex iis omnibus 7
proxime videntur acceſſiſſe naturam, qui heb-
domadibus humanam vitam emenſi ſunt. Fe-
re enim poſt ſeptimum quemque annum arti-
culos quosdam, et in his aliquid novi natura
oſtendit: ut et in elegia Solonis cognoſcere
datur: ait enim, in prima hebdomade dentes
homini cadere; in ſecunda, pubem apparere;
in tertia, barbam naſci; in quarta, vires; in
quincta, maturitatem ad ſtirpem relinquen-
dam; in ſexta, cupiditatibus temperari; in
ſeptima, prudentiam linguamque conſumma-
ri; in octava, eadem manere; in qua alii di-

xerunt,

curſus certamine ſermo eſt, currendi modus enim varii erant, et certamen vel curribus, vel equis fieri ſolebat. Ex quo liquet, quadrigas hic pro quadrigariis ſumendas eſſe. qui eas gubernabant. Plura de currendi modis occurrunt apud Nieupoort in Comp. Antiquit. Roman. Sect. IV. Cap. 5. §. 2. pag. 220. ſeqq.

6. *libris Fatalibus* veriſimile libris Sibyllinis, qui fata Romani Imperii continebant, vix enim dubitari poteſt, quin Etruſci iis etiam uti ſolerent.

xerunt, oculos albeſcere; in nona, omnia fieri languidiora; in decima, hominem fieri morti maturum * tamen in ſecunda hebdomade, vel incipiente tertia, vocem craſſiorem, et inaequabilem fieri, quod Ariſtoteles appellat τραγίζειν, antiqui noſtri hirquitallire, et inde ipſos putant hirquitallos appellari, quod tum
8 corpus hircum olere incipiat. De tertia autem aetate adoleſcentulorum tres gradus eſſe factos in Graecia, priusquam ad viros perveniatur, quod vocent annorum quatuordecim παῖδα; μελλέφηβον autem quindecim; dein ſedecim ἔφηβον; tum ſeptemdecim ἐξέφηβον.
9 Praeterea multa ſunt de his hebdomadibus, quae medici ac philoſophi libris mandaverunt. Unde apparet, ut in morbis dies ſeptimi ſuſpecti ſunt, ac κρίσιμοι dicuntur; ita per omnem

7. *hirquitallire* eſt verbum ex voce hirquitallus compoſitum et idem quod vocem mutare deſignans, quia eo tempore, quo pueri ex ephebis, id eſt, ex decimo quarto anno excedunt, eorum vox puerilis in virilem tranſire ſolet. Hinc apud Feſtum *hirquitalli pueri primum ad virilitatem accedentes a libidine ſcilicet hircorum dicti.* Vide infra Brioſii vocabula Cenſorino uſurpata ſub voce hirquitallire.

8. *in Graecia, priusquam ad viros perveniatur,* Goetzius ſic interpungit: *in Graecia prius, quam ad viros perveniatur* etc.

9. κρίσιμοι i. e. critici. Vide Indicem et quae ſupra

nem vitam ſeptimum quemque annum periculoſum, et velut κρίσιμον eſſe, et κλιμακτηρικὸν vocari. Sed ex his genethliaci alios aliis dif- 10
ficiliores eſſe dixerunt, et nonnulli eos potiſſimum, quos ternae hebdomades conficiunt, putant obſervandos, hoc eſt, unum et viceſimum, et quadrageſimum ſecundum, dein tertium et ſexageſimum, poſtremum octogeſimum et quartum, in quo Staſeas terminum vitae de- 11
fixit. Alii autem non pauci unum omnium difficillimum κλιμακτῆρα prodiderunt, anno ſcilicet undequinquageſimo, quem complent anni ſepties ſepteni: ad quam opinionem plurimorum conſenſus inclinat: nam quadrati numeri potentiſſimi ducuntur. Denique Plato 12
ille, (venia ceterorum) philoſophus ſanctiſſimus, quadrato numero annorum vitam humanam conſummari putavit novenario, qui complet annos octuaginta et unum. Fuerunt etiam, qui utrumque reciperent numerum, undequinquageſimum et octogeſimum unum: et minorem nocturnis geneſibus, majorem diurnis

pra ad Cap. XI. §. 7. adnotavimus.

10. *genethliaci* i. e. veteres Chaldaei. Vide Scaliger ad Manilium pag. 237.

12. *geneſibus* i. e. nativitatibus, generationibus. Hinc Juvenalis. Sat. XIV. v. 248. ſeq.

13 nis adſcriberent. Plerique aliter moti, duos iſtos numeros ſubtiliter diſcreverunt, dicentes, ſeptenarium ad corpus, novenarium ad animum pertinere: hunc medicinae corporis, et Apollini attributum; illum Muſis; quia morbos animi, quos appellant πάθη, muſica le-
14 nire ac ſanare conſueverit. Itaque primum κλιμακτῆρα annum quadrageſimum et nonum eſſe prodiderunt, ultimum autem octogeſimum et unum, medium vero ex utroque permixtum,

Nota Mathematicis geneſis tua: ſed grave tardas
Exſpectare colos: Morieris ſtamine nondum
Abrupto. Jam nunc obſtas, et vota moraris:
Jam torquet juvenem longa, et cervina ſenectus.
Ocyus Archigenem quaere, atque eme, quod Mithridates
Compoſuit, vis aliam decerpere ficum
Atque alias tractare roſas. Medicamen habendum eſt,
Sorbere ante cibum quod debeat, et pater, et Rex.

Suetonius in Auguſto Cap. XCIV. et in Caligula Cap. LVII. pro geneſi uſurpat *genituram*.

13. *muſica lenire ac ſanare conſueverit.* Muſicae vim plures ſanandi morbos adſcripſerunt, praecipue morbos animi, ut phreneſis erat. Conf. Cap. XII. §. 4. ubi noſter medici Asclepiadis meminit, qui phreneticorum mentes morbo turbatas ſaepe per ſymphoniam ſuae naturae reddidit, i. e. *ſanavit.* Qui ſcire geſtit, quid recentiores de effectibus muſices in hominem ejusque influxum in medicinam ſentiant, legat ſcriptores, quos *in den Beyträgen zur Littera-*

tur

tum, anno tertio et ſexageſimo, quem vel hebdomades novem vel ſeptem enneades conficiunt. Hunc licet quidam periculoſiſſimum 15
dicant; quod et ad corpus, et ad animum pertineat; ego tamen ceteris duco infirmiorem. Nam utrumque quidem ſupra dictum continet numerum, ſed neutrum quadratum: et, ut eſt ab utroque non alienus, ita in neutro potens: nec multos ſane, quos vetuſtas claros nomine celebrat, hic annus abſumſit.
Ariſtotelem Stagiritem reperio; ſed hunc fe- 16
runt naturalem ſtomachi infirmitatem, crebrasque morbidi corporis offenſiones adeo virtute animi diu ſuſtentaſſe, ut magis mirum ſit, ad annos ſexaginta tres eum vitam pertuliſſe, quam ultra non protuliſſe.

CAPUT XV.

Quare, ſanctiſſime Cerelli, cum iſtum annum, qui maxime fuerat corpori formidoloſus, ſine ullo incommodo tranſieris: ceteros, qui leviores ſunt, κλιμακτῆρας minus tibi extime-

tur der Muſik. II. Stück. pag. 71-74. attulimus.

14. *ſeptem enneades* i. e. ſeptem praeterlapſa temporis ſpatia novem annorum, ſi enim numerum ſeptenarium cum novenario multiplicamus, efficitur numerus ſexageſimus tertius. Ex quo patet hebdomadem hic ſpatium ſeptem annorum deſignare.

timeſco, praeſertim cum in te animi potius, quam corporis naturam, ſciam dominari, eosque viros, qui tales fuerunt, non prius vita exceſſiſſe, quam ad annum illum octogeſimum et unum pervenerint, in quo Plato finem vitae et legitimum eſſe exiſtimavit, et habuit.
2 Hoc anno et Dionyſius Heracleotes, ut vita abiret, cibo abſtinuit: et contra Diogenes cibi cruditate in choleram ſolutus eſt. Eratoſthenes quoque, ille orbis terrarum menſor, et Xenocrates Platonicus, veteris academiae
3 princeps, ad eundem annum vixerunt. Non pauci etiam per animi ſpiritum, moleſtiis corporis ſuperatis, limitem iſtum transgreſſi ſunt: ut Carneades, a quo tertia academia eſt, quae dicitur nova; vel Cleanthes, qui uno minus centum explevit: at Xenophanes Colophonius major annorum centum fuit. Democritum quoque

Cap. XV. 1. *Plato finem vitae et legitimum eſſe exiſtimavit.* Cf. Caput praecedens §. 12. *Denique Plato ille, (venia ceterorum) philoſophus ſanctiſſimus, quadrato numero annorum vitam humanam conſummari putavit novenario, qui complet annos octuaginta et unum.* Ceterum plura graecorum Philoſophorum exempla exhibet, qui annos climactericos ſuperarunt, et longiſſimum vitae ſpatium, quod Cerellio adprecatur, attigerunt. Inter recentiores, qui idem argumentum tractant, plura ſenum exempla, qui octogeſimum transgreſſi ſunt annum, adfert, adi-

que Abderiten, et Iſocratem rhetorem, ferunt prope ad id aetatis perveniſſe, quo Gorgian Leontinum, quem omnium veterum maxime ſenem fuiſſe, et octo ſupra centum annos habuiſſe conſtat. Quod ſi cultoribus ſapientiae, 4
ſive per animi virtutem, ſeu lege fati, diutina obtigit vita: non deſpero, quin te quoque, diu corpore atque animo valentem, longior maneat ſenectus. Quem enim veterum nunc memoria ſuſpicimus, quem prudentia vel temperantia, vel juſtitia, vel fortitudine, tibi antiſtare dicemus? quis eorum ſi adeſſet, non in te omnium virtutum praedicationem conferret? qui tuis laudibus ſe poſtponi erubeſceret? Illud certe, ut arbitror, dignum eſt praedicatione, quod, cum illis ferme omnibus, quamvis prudentiſſimis, et procul a republica motis, non contigerit ſine offenſione, et odio plerumque capitali, vitam degere: tu tamen, officiis municipalibus functus, honore ſacerdotii in principibus tuae civitatis conſpicuus,

ordi-

adipiſcendaeque ſenectutis longaevae evigilata conſilia in medium profert notus naturae curioſus Superintendens *Jo. Sam. Schroeter*, ſenex ſeptuaginta fere annorum in libro, qui inſcribitur: *Das Alter und untrügliche Mittel alt zu werden, nebſt 744 Beiſpielen von Perſonen, welche* 80 *bis* 185 *alt geworden ſind. Weimar* 1803. *gedruckt und verlegt bey den Gebrüdern Gedicke in* 8.

ordinis etiam equeſtris dignitate gradum pro-
vincialium ſupergreſſus, non modo sine repre-
henſione, et invidia ſemper fuiſti, verum etiam
omnium omnino amorem cum maxima gloria
conſecutus es. Quis a te noſci, aut ex am-
pliſſimo Senatus ordine non expetivit, aut ex
5 humiliore plebis non optavit? Quis mortalium
vel te vidit, vel de tuo nomine accepit, quin
et loco fratris germani diligat, et vice paren-
tis veneretur? Quis ignorat, probitatem pri-
mam, fidem ſummam, benignitatem incredi-
bilem, modeſtiam, verecundiamque ſingula-
rem, ceteraque humanitatis officia penes te
unum eſſe? et quidem majora, quam poſſint
6 digne a quoquam referri. Quare et ego his
nunc commemorandis ſuperſedeo. De elo-
quentia quoque ſileo: quam omnia noſtra-
rum provinciarum tribunalia, omnes praeſi-
des noverunt: quam denique urbs Roma, et
auditoria ſacra mirata ſunt. Haec ſe et ad
praeſens et in futura ſaecula ſatis ipſa nobi-
litat.

CAPUT XVI.

Nunc vero, quatenus de die natali ſcri-
bo, meum munus implere conabor, tempus-
que hodiernum, quo maxime flores, quam po-

tero, lucidiſſimis notis ſignabo, ex quo etiam primus ille tuus natalis liquido noſcetur. Tem- 2
pus autem, non diem tantummodo, vel menſem, vel annum vertentem, appello; ſed et quod quidam luſtrum, aut annum magnum vocant, et quod ſaeculum nominant. Ceterum 3
de aevo, quod eſt tempus unum et maximum, non multum eſt, quod in praeſentia dicatur. Eſt enim immenſum, ſine origine, ſine fine, quod eodem modo ſemper fuit, et ſemper futurum eſt, neque ad quemquam hominum magis, quam ad alterum pertinet. Hoc in 4
tria dividitur tempora, praeteritum, praeſens, futurum. Ex quibus praeteritum initio caret, exitu futurum: praeſens autem, quod medium eſt, adeo exiguum, et incomprehenſibile eſt, ut nullam recipiat longitudinem, neque aliud eſſe videatur, quam transacti futurique conjunctio: adeo porro inſtabile, ut ibidem ſit nunquam; et quidquid tranſcurrit, a futuro decerpit, et apponit praeterito. Haec inter ſe 5
tem-

CAP. XVI. 1. *lucidiſſimis notis ſignabo*, idem quod ſignis notabo, vel ſignis exprimam.

2. *luſtrum, aut annum magnum* h. e. ſpatium quinque annorum vel quinquennium et idem quod Olympias Graecorum. Teſte Varrone luſtrum a luendo dictum, quod quinto quoque anno vectigalia et tributa ex praediis lui, hoc eſt, ſolvi juberentur.

tempora, anteactum dico, et futurum, neque paria ſunt, neque ita, ut alterum altero longius breviusque videatur. Quidquid enim non habet finem, collationem menſurae non reci-
6 pit. Quapropter aevum neque annorum, neque ſaeculorum numero, nec denique ullo finiti temporis modulo metiri conabor. Haec enim ad aetatem infinitam non ſunt brumalis
7 unius inſtar horae. Itaque, ut ſaecula poſſim percurrere, et hoc noſtrum praeſens deſignare, omiſſis aureis argenteisque, et hoc genus poëticis, a conditu urbis Romae, patriae noſtrae communis, exordiar.

CAPUT XVII.

Et quoniam ſaecula aut naturalia ſunt,
2 aut civilia, prius de naturalibus dicam. Saeculum autem eſt ſpatium vitae humanae longiſſimum, partu et morte definitum. Quare, qui annos triginta ſaeculum putarunt, multum videntur erraſſe. Hoc enim tempus γενεὰν vocari,

5. *non ſunt brumalis unius inſtar horae.* Vide Gronovium ad Senecae Hercul. Furent. Act. III. v. 842.

Cap. XVII. 2. γενεὰ i. e. generatio, vel aetas, qua illud nimirum temporis intervallum, intra quod nova generatio in locum prioris ſuccedit, intelligimus. Alii, ut noſter docet, ſpatium quinque et viginti annorum,

eari, Heraclitus auctor eſt, quia orbis aetatis in eo ſit ſpatio. Orbem autem vocant aetatis, dum natura humana a ſementi ad ſementem revertitur. Hoc quidem γενεᾶς tempus alii aliter definierunt. Herodicus, annos quinque et viginti, ſcribit, dici γενεάν. Zenon triginta.
Saeculum autem quid ſit, usque adhuc arbi- 5
tror ad ſubtile examinatum non eſſe. Poëtae quidem multa incredibilia ſcripſerunt, nec minus hiſtorici Graeci: quamvis eos a vero non par fuit recedere; ut Herodotus, apud quem legimus, Arganthonium, Tarteſſiorum regem, centum et quinquaginta annorum fuiſſe: ut Ephorus, qui tradit, Arcades dicere, apud ſe reges antiquos aliquot ad trecentos vixiſſe annos. Verum haec, ut fabuloſa, praetereo.
Sed inter ipſos aſtrologos, qui in ſtellarum, 4
ſignorumque ratione verum ſcrutantur, nequaquam etiam convenit. Epigenes in centum duodecim annis longiſſimam vitam conſtituit; Beroſus autem in centum ſedecim; alii ad centum viginti annos produci poſſe, quidam etiam ultra crediderunt. Fuerunt, qui non idem putarent ubique obſervandum, ſed varie per diverſas regiones, pro ut in ſingulis ſit coeli ad cir-

norum, alii triginta annorum eſſe aſſeruere: γενεάν.

Sementem Goetzius habet *ſementim*.

circulum finitorem inclinatio, quod vocatur
5 κλίμα. Sed, licet veritas in obſcuro lateat,
tamen in unaquaque civitate quae ſint naturalia ſaecula, Rituales Etruſcorum libri videntur docere: in quis ſcriptum eſſe fertur, initia ſic poni ſaeculorum; quo die urbes atque civitates conſtituerentur: de his, qui eo die nati eſſent, eum, qui diutiſſime vixiſſet, die mortis ſuae primi ſaeculi modulum finire. Eoque die, qui eſſent reliqui in civitate, de his rurſum ejus mortem, qui longiſſimam aetatem egiſſet, finem eſſe ſaeculi ſecundi. Sic deinceps tempus reliquorum terminari. Sed ea, quod ignorarent homines, putare, portenta mitti divinitus, quibus admonerentur, unumquodque
6 ſaeculum eſſe finitum. Haec portenta Etruſci, pro haruſpicii diſciplinaeque ſuae peritia, diligenter obſervata in libros retulerunt. Quare in Tuſcis hiſtoriis, quae octavo eorum ſaeculo ſcriptae ſunt, ut Varro teſtatur, et quot nume-

5. *in quis* vel *queis* ablat. plur. antiquum pro *quibus*. Sic et Curtius Lib. III. cap. 2. n. 4. *In quis eques triginta millia implebat.*

Sed ea quod ignorarent homines, putare, portenta mitti divinitus. Repoſuimus ex Conjectura Cel. Nagelii verbum *putare*, quod hunc locum omnino reddit dilucidiorem, et delevimus comma temere poſt *ſed ea* in prioribus editionibus poſitum. Lectionis hujus ſanioris rationes attulit in §. III. Programmatis ſaepius jamjam laudati.

numero ſaecula ei genti data ſint, et transactorum ſingula quanta fuerint, quibusve oſtentis eorum exitus deſignati ſint, continetur. Itaque ſcriptum eſt, quatuor prima ſaecula annorum fuiſſe centum et quinque: quinctum, centum viginti trium; ſextum, undevirigiti et centum: ſeptimum totidem; octavum tum demum agi; nonum et decimum ſupereſſe. Qui- 7
bus transactis, finem fore nominis Etruſci. Romanorum autem ſaecula quidam ludis ſaecularibus putant diſtingui. Cui rei fides ſi certa eſt, modus Romani ſaeculi eſt incertus. Temporum enim intervalla, quibus ludi iſti debeant referri, non modo quanta fuerint retro, ignoratur: ſed ne quanta quidem eſſe debeant, ſcitur. Nam ita inſtitutum eſſe, ut 8
centeſimo quoque anno fierent, id, cum Antias aliique hiſtorici auctores ſunt, tum Varro de ſcenicis originibus libro primo ita ſcriptum reliquit: *Cum multa portenta fierent, et murus ac turris, quae ſunt intra portam Collinam et Esquilinam, de coelo eſſent tacta, et ideo libros Sibyllinos decemviri adiſſent; renuntiarunt, uti Diti patri, et Proſerpinae, ludi*

7. *ludis ſaecularibus*, De quibus conf. Nieupoort in Antiquitat. Roman. pag. 243.

8. *Diti patri, et Proſerpinae.* Conf. Valerius Maximus Lib. II. cap. 4. num. 5.

qui

ludi Terentini in campo Martio fierent, et
hoſtiae furvae immolarentur; utique ludi
9 *centeſimo quoque anno fierent.* Item T. Li-
vius libro CXXXVI: *Eodem anno ludos ſae-*
culares Caeſar ingenti apparatu fecit; quos
centeſimo quoque anno (is enim terminus
ſaecu-

qui horum ludorum ritusque Diti patri et Proſerpinae furvas immolandi hoſtias originis meminit: *Qua pota* (ſcil. aqua calefacta), *ſalutari quieti ſopiti, diutina vi morbi repente ſunt liberati; patrique indicaverunt, vidiſſe ſe in ſomniis, quos neſcio deorum, ſpongia corpora ſua pertergere, et praecipere, ut ad Ditis patris et Proſerpinae aram, a qua fuerat potio ipſis allata, furvae hoſtiae immolarentur, lectiſternia ludique nocturni fierent. Is, quod eo loci nullam aram viderat, deſiderari credens, ut a ſe conſtrueretur; aram empturus in Urbem perrexit, relictis qui fundamentorum conſtituendorum gratia terram ad ſolidum foderent. Hi domini imperium exequentes, cum ad XX pedum altitudinem humo egeſta perveniſſent; animadverterunt aram Diti patri, Proſerpinaeque inſcriptam. Hoc poſtquam Valeſius, nunciante ſervo, accepit, emiſſo emendae arae propoſito, hoſtias nigras, quae antiquitus furvae dicebantur, Terenti immolavit, ludos et lectiſternia, continuis tribus noctibus, quia totidem filii periculo liberati erant, fecit.*

ludi Terentini idem quod ludi ſaeculares, a Terento, loco in Campo Martio Romae Diti et Proſerpinae ſacro ſic dicti, qui centeſimo quoque anno celebrabantur.

hoſtiae furvae. Teſte Feſto: *Furvum nigrum, vel atrum. Hinc dicta furnus, furiae, funus, fuligo, fulgus, fumus. Furvum bovem, id eſt, nigrum immolabatur Averno.* Avernus enim eſt Campaniae locus Plutoni dica-

ſaeculi) fieri mos. At contra, ut decimo centeſimoque anno repetantur, tam commentarii quindecimvirorum, quam D. Auguſti edicta teſtari videntur. Adeo, ut Horatius Flaccus in carmine, quod ſaecularibus ludis cantatum eſt, id tempus hoc modo deſignaverit:

Certus ut denos decies per annos
Orbis ut cantus referatque ludos
Ter die clara, totiesque grata
Nocte frequentes.

At enim, temporum ſi veterum revolvantur [10] annales, longe magis in incerto invenietur. Primos enim ludos ſaeculares exactis regibus poſt Romam conditam annis CCXXXXV a Valerio Publicola inſtitutos eſſe, Valerius Antias

dicatus, graviſſimi et exitialis foetoris, quo et aves ſupervolantes extinguebantur, quem, Servio teſte, Auguſtus ſilvis, quae circum eum eſſent, dejectis ſuſtulit. Hic vero Avernus nil aliud quam Plutonem vel Ditem patrem, ad quem expiandum furvae ſacrificabantur hoſtiae, poteſt denotare.

10. *Valerio Publicola* melius Poplicola *inſtitutos eſſe.* Ex Valerii Maximi loco ſupra allato patet, Valeſium primum fuiſſe, qui hos ludos inſtitueret, quem Valerius Poplicola ſecutus, ut idem Val. Maxim. in eodem loco mox addit. *Cujus exemplum* (Valeſii nempe) *Valerius Poplicola, qui primus conſul fuit, ſtudio ſuccurrendi civibus, ſecutus, apud eandem aram publice nuncupatis votis, caeſisque atris bubus, Diti maribus, feminis*

tias ait: at quindecimvirorum commentarii annis CCLXXXXVIII, M. Valerio, S. P. Verginio Coſſ., ſecundos ludos; ut Antias vult, anno poſt urbem conditam quincto trecenteſimo: ut vero in commentariis quindecimvirorum ſcriptum eſt, anno octavo et quadringenteſimo; M. Valerio Corvino iterum, C. Poetilio Coss. Tertii ludi fuerunt, Antiate Livioque auctoribus, P. Claudio Pulchro, C. Junio Pullo Coſſ., aut, ut in libris quindecimvirorum ſcriptum eſt, anno quingenteſimo duodeviceſimo, P. Cornelio Lentulo, C. Licinio Varo Coſſ. De quartorum ludorum anno tri-
11 plex opinio eſt. Antias enim, et Varro, et Livius, relatos eſſe prodiderunt, L. Martio Cenſorino, M. Manilio Coſſ., poſt Romam conditam IↃCV. At Piſo Cenſorius, et Cn. Gellius, ſed et Caſſius Hemina, qui illo tempore vivebat, poſt annum factos tertium affirmant, Cn. Cornelio Lentulo, L. Mummio Achaico Coſſ., id eſt, anno IↃCVIII. In quindecimvirorum autem commentariis notantur ſub anno IↃCXXVIII, M. Aemilio Lepido, L. Aurelio Oreſte Coſſ. Quinctos ludos C. Furnio, C. Junio Silano Coſſ. anno IↃCCXXXVII, Caeſar

nis Proſerpinae, lectiſternioque, ac ludis trinoctio factis, aram terra, ut ante fuerat, obruit.

Caeſar Auguſtus et Agrippa fecerunt. Sextos
autem fecit Tib. Claudius Caeſar, ſe IV, et
L. Vitellio III. Coſſ., anno IↃCCC. Septimos
Domitianus, ſe XIV, et L. Minucio Rufo Coſſ.,
anno IↃCCCXXXXI. Octavos imperatores
Septimius et M. Aurelius Antonius, Cilone et
Libone Coſſ., anno IↃCCCCLVII. Hinc ani- 12
madvertere licet, neque poſt centum annos, ut
hi referrentur ludi, ſtatum eſſe, neque poſt cen-
tum decem. Quorum, etiamſi alterutrum retro
fuiſſet obſervatum, non tamen id ſatis argu-
menti eſſet, quo quis his ludis ſaecula diſcerni
conſtanter affirmet, praeſertim cum ab urbis pri-
mordio adreges exactos, annos CCXXXXIV, fa-
ctos eſſe, nemo ſit auctor. Quod tempus pro- 13
cul dubio naturali majus eſt ſaeculo. Quod ſi
quis credit, ludis ſaecularibus ſaecula diſcerni,
ſola nominis origine inductus: ſciat, ſaecula-
res dici potuiſſe, quod plerumque ſemel fiant
hominis aetate. Ut multa alia, quae raro
poſt ſaeculum evenire, loquentium conſuetu-
do

11. *Auguſtus et Agrippa fecerunt.* Auguſtum ludos ſaeculares inſtauraſſe etiam teſtatur Suetonius in Auguſto Cap. XXXI. *Nonnulla etiam ex antiquis caerimoniis paullatim abolita reſtituit: ut, Salutis augurium, Diale flaminium, ſacrum Lupercale, ludos Saeculares et compitalitios.*

Sextos - Tib. Claudius. Cf. Suetonius in Claudio Cap. XXI. n. 3. *Fecit et ſaeculares* etc.

do uſurpat. Sed noſtri majores, quod naturale ſaeculum quantum eſſet, exploratum non habebant, civile ad certum annorum modulum centum ſtatuerunt; teſtis eſt Piſo, in cujus annali ſeptimo ſcriptum eſt ſic: *Roma condita, anno IↃLXXXXVI, ſaeculum accipit, his conſulibus quis proximi ſunt conſules M. Aemilius, M. F. Lepidus, C. Popilius II. abſens.* Sed, ut hunc numerum conſtituerent noſtri, non nihil cauſae fuit; primum, quod multos ſuorum civium ad hanc aetatem vitam producere videbant; dein, quod Etruſcos, quorum prima ſaecula centenum fuerant annorum, etiam hic, ut in aliis plerum-
14 que, imitari voluerunt. Praeterea fieri poteſt, quod refert Varro, quodque Dioſcorides aſtrologus ſcripſit, Alexandriae inter eos, qui mortuos ſolent conſervare, conſtare, hominem plus centum annis vivere non poſſe: id cor humanum declarare eorum, qui integri perierunt ſine corporis tabe. Eo, quod id multis annis pendendo, omnis aetatis incrementa et diminutiones obſervent: et anniculi pendere duas drachmas, bimi quatuor, et ſic in annos ſingulos, usque ad quinquaginta, acce-

14. *ſine corporis tabe,* i. e. nullo morbo laborantes. Tabes hic pro morbo generatim ponitur.

accedere binas; ab iis centum drachmis ab anno quinquageſimo item decedere in unoquoque binas. Ex quo perſpicuum ſit, centeſimo anno redire ad anni primi pondus, nec longius vitam poſſe produci. Quoniam igitur civile Romanorum ſaeculum centum annis transigitur, ſcire licet, in decimo ſaeculo et primum natalem tuum fuiſſe, et hodiernum eſſe. Quot autem ſaecula urbi Romae debeantur, dicere meum non eſt: ſed, quid apud Varronem legerim, non tacebo, qui libro Antiquitatum duodeviceſimo ait, fuiſſe Vettium Romae in augurio non ignobilem, ingenio magno, cuivis docto in diſceptando parem; eum ſe audiſſe dicentem: ſi ita eſſet, ut traderent hiſtorici, de Romuli urbis condendae auguriis, ac duodecim vulturibus; quoniam CXX annos incolumis praeteriiſſet, populus Romanus ad mille et ducentos perventurum.

CAP. XVIII.

duas drackmas i. e. quartam partem unciae vel dimidiam partem ſemunciae.

15. *duodecim vulturibus.* Conf. Florus Lib. I. cap. 1. *Remus montem Aventinum, hic* (i. e. Romulus) *Palatinum occupavit. Prior ille ſex vultures, hic poſtea ſed duodecim vidit. Sic victor augurio, urbem excitat, plenus ſpei, bellatricem fore. Ita illi aſſuetae ſanguine et praeda aves pollicebantur.* Ejusdem augurii etiam meminit Suetonius in Auguſto, Cap. XCV. *Primo autem*

Con-

CAPUT XVIII.

Hactenus dictum de ſaeculo. Nunc de
annis majoribus dicam, quorum magnitudo
adeo diverſa, tam gentibus obſervata, quam
auctoribus tradita eſt, ut alii annum magnum
eſſe in annis vertentibus duobus, alii in mul-
2 tis annorum millibus arbitrati ſunt. Quod
quale ſit, jam nunc conabor abſolvere. Ve-
teres in Graecia civitates cum animadverterent,
dum ſol annuo curſu orbem ſuum circuit, lu-
nam interdum terdecies exoriri, idque ſaepe
alternis fieri, arbitrati ſunt, lunares XII men-
ſes, et dimidiatum, ad annum naturalem con-
venire. Itaque annos civiles ſic ſtatuerunt, ut
interkalando facerent alternas XII menſium,
alternos XIII, utrumque annum ſeparatim ver-
tentem; junctos ambo, annum magnum vo-
cantes. Idque tempus τριετηρίδα appellabant,
quod

Conſulatu et augurium capiendi, duodecim ſe vultures, ut Romulo, *oſtenderunt: et immolanti omnium victimarum jecinora replicata intrinſecus ab ima fibra patuerunt: nemine peritorum aliter conjectante, quam laeta per haec et magna portendi.*

Cap. XVIII. 2. τριετηρίδα i. e. ſpatium trium annorum. Ea de re Martialis Lib. VI. Epigr. 38. v. 1. ſeqq.

Adſpicis ut parvus, nec adhuc trieteride plena.
Regulus auditum laudat et ipſe patrem?
Maternosque ſinus viſo genitore relinquat,

Et

quod tertio quoque anno interkalabatur, quamvis biennii circuitus, et re vera διετηρὶς eſſet. Unde myſteria, quae Libero patri alternis fiunt annis, trieterica a poëtis dicuntur. Poſtea, cognito errore, hoc tempus duplicarunt, et τετραετηρίδα fecerunt, ſed eam, quod quin-

cto

Et patrias laudes ſentiat eſſe ſuas? etc.

Idem Lib. VII. Epigr. 95. v. 3. ſeqq.

Sex mihi de prima deerant trieteride menſes,
Ruperunt tetricae cum mala penſa deae.
Quid ſpecies, quid lingua mihi, quid profuit aetas? etc.

Idem Lib. IX. Epigr. 86. v. 9. ſeq.

Omne tibi noſtrum, quod bis trieteride juncta
Ante dabat lector, nunc dabit auctor opus.

Et idem Lib. X. Epigr. 53. v. 1. ſeqq.

Ille ego ſum Scorpus, clamoſi gloria circi,
Plauſus Roma tua, deliciaeque breves,
Invida quem Lacheſis raptum trieteride nona
Dum numerat palmas, credidit eſſe ſenem.

διετηρὶς idem quod ſpatium duorum annorum vel biennium.

5. *trieterica* i. e. triennalia, ut Sacra trieterica Baccho conſecrata. Cf. Virgilii Lib. IV. Aeneid. v. 300. ſeqq.

Saevit inops animi, totamque incenſo per urbem
Bacchatur: qualis commotis excita ſacris
Thyas, ubi audito ſtimulant trieterica Baccho
Origia, nocturnusque vocat clamore Cithaeron.

τετραετηρὶς eſt quadriennii ſpatium vel ex Chronologorum definitione, circulus quatuor annorum, qui his annis exactis ſemper de novo incipere ſolet.

cto quoque anno redibat, πενταετηρίδα nominabant. Qui annus magnus ex quadriennio commodior viſus eſt. Ut annus ſolis conſtaret ex diebus CCCLXV, et diei parte circiter quarta, quae unum in quadriennio diem con-
4 ficeret. Quare Agon et in Elide Jovi Olympio, et Romae Capitolino, quincto quoque anno redeunte, celebratur. Hoc quoque tempus, quod ad ſolis modo curſum, nec ad lunae congruere videbatur, duplicatum eſt, et ὀκταετηρὶς facta; quae tunc ἐννεαετηρὶς vocitata, quia primus ejus annus nono quoque
5 anno redibat. Hunc circuitum verum annum magnum eſſe, pleraque Graecia exiſtimavit: quod ex annis vertentibus ſolidis conſtaret, ut proprie in anno magno fieri par eſt. Nam dies ſunt ſolidi, uno minus centum, annique vertentes ſolidi octo. Hanc ὀκταετηρίδα vulgo

πενταετηρὶς eſt ſpatium quinquennale vel quinquennium.

4. *Agon* a graeco ἀγων eſt ludus et certamen gymnicum, quod non Agonaliis eſt confundendum, quae in Jani honorem celebrabantur, et paene idem quod ludus Olympicus, qui Jovis Olympii cauſa inſtitui ſolebat.

ὀκταετηρὶς eſt octo annorum ſpatium, vel Cyclus Luni-Solaris (der Mond-Sonnen-Cirkel). Conf. Vollſtändiges Mathematiſches Lexicon I. Theil. ſub voce: *Mond-Sonnen-Cirkel.*

ἐννεαετηρὶς i. e. ſpatium novem annorum.

go creditum eſt ab Eudoxo Cnidio inſtitutam. Sed hanc Cleoſtratum Tenedium primum ferunt compoſuiſſe, et poſtea alios aliter, qui menſibus varie interkalandis ſuas ὀκταε̈τηρίδας protulerunt; ut fecit Harpalus, Nauteles, Mneſiſtratus, item alii, in quis Doſitheus, cujus maxime ὀκταε̈τηρὶς, Eudoxi inſcribitur. Ob 6
hoc multae in Graecia religiones hoc intervallo temporis ſumma caerimonia coluntur. Delphis quoque ludi, qui vocantur Pythia, poſt octavum annum olim conficiebantur. Proxima eſt hanc magnitudinem, quae vocatur δωδεκαε̈τηρὶς, ex annis vertentibus duodecim. Huic 7
anno Chaldaico nomen eſt; quem genethliaci non ad ſolis lunaeque curſus, ſed ad obſervationes alias habent accommodatum: quod in eo dicunt tempeſtates, frugumque proventus, ſterilitates item, morbusque circumire. Praeterea ſunt anni magni complures: ut Me- 8
tonicus, quem Meton Athenienſis ex annis undeviginti conſtituit, eoque ἐννεαδεκαε̈τηρὶς

appel-

6. *Pythia* erant ludi Apollinares, in Apollinis Pythii honorem inſtituti.

δωδεκαε̈τηρὶς eſt duodecim annorum ſpatium.

7. *genethliaci* idem quod Aſtrologi, vel veteres Chaldaei. Vide ſupra Cap. XIV. §. 10.

8. ἐννεαδεκαε̈τηρὶς eſt Cyclus decennovenalis vel undeviginti annorum ſpatium. De quo conſulendum Vollſtändiges Mathem. Lexic.

appellatur, et interkalatur, ſepties, in eoque anno ſunt dierum ſex millia et IↃCCCCXXXX. Eſt et Philolai Pythagorici annus, ex annis LVIIII, in quo ſunt menſes interkalares viginti et unus: item Callippi Cyziceni, ex annis LXXVI; ita, ut menſes duodetriginta interkalentur; et Democriti, ex annis LXXXII; cum
9 interkalares ſint perinde viginti octo. Sed et Hipparchi, ex annis CCCIV, in quo interkalatur centies decies bis. Haec annorum magnitudo eo diſcrepat, quod inter aſtrologos non convenit, quanto vel ſol plus quam trecentos ſexaginta quinque dies in anno, vel lu-
10 na minus quam triginta in menſe. Ad Aegyptiorum vero annum magnum luna non pertinet, quam graece *κυνικὸν*, latine canicularem vocamus, propterea, quod initium illius ſumitur, cum primo die ejus menſis, quem vocant Aegyptii Thoth, caniculae ſidus exoritur.
Nam

xic. I. Theil. ſub voce: *Mond-Cirkel.* Inventio hujus Lunae Cycli non tantum a noſtro, verum etiam a Theophraſto de Prognoſticis, a Diodoro Siculo Lib. II. et ab Aeliano Lib. X. Var. Hiſt. Metoni adſcribitur.

9. *quanto* fortaſſe legendum *quando.*

10. *Thoth* eſt nomen primi menſis Aegyptiorum, qui die 29 Auguſti Calendarii Juliani incipit. Vid. Vollſt. Math. Lexic. ſ. v. *Thoth*, et noſtrum infra cap. XXI. §. 10.

ἡλιακός,

Nam eorum annus civilis ſolos habet dies CCCLXV, ſine ullo interkalari. Itaque quadriennium apud eos uno circiter die minus eſt, quam naturale quadriennium: eoque fit, ut anno CIↃCCCCLXI ad idem revolvatur principium. Hic annus etiam ἡλιακὸς a quibusdam dicitur; et ab aliis ὁ θεοῦ ἐνιαυτός. Eſt praeterea annus, quem Ariſtoteles maximum 11
potius, quam magnum, appellat, quem ſolis, lunae, vagarumque quinque ſtellarum orbes conficiunt, cum ad idem ſignum, ubi quondam ſimul fuerunt, una referuntur. Cujus anni hiems ſumma eſt κατακλυσμὸς, quam noſtri diluvionem vocant; aeſtas autem ἐκπύρωσις, quam eſt mundi incendium: nam his alternis temporibus mundus tum exigneſcere, tum exaqueſcere videtur. Hunc, Ariſtarchus putavit, eſſe annorum vertentium duum millium CCCCLXXXIV; Aretes Dyrrachinus, quinque millium IↃLII; Hera-

ἡλιακὸς, ſolaris.

ὁ θεοῦ ἐνιαυτὸς, Dei annus.

11. *Eſt praeterea annus* etc. qui Ciceroni ſeries 12554. annorum eſt, teſte Fabro in Theſauro Lat. Ling. ſub voce: *annus*.

exigneſcere idem quod ignibus ſive incendio deleri vel corripi.

exaqueſcere h. e. inundatione vel diluvio deleri.

duum millium forſitan rectius *duorum millium*, quamvis cap. XIX. §. 2 etiam occurrat *dierum duum* pro *duorum* et cap. XX. §. 6. *viginti duum vel viginti trium dierum*.

Heraclitus et Linus, decem millium CC∞; Dion, X. CIↃ. CC∞LXXXIV; Orpheus, CCIↃXX; Caſſandrus, tricies ſexies centum millium. Alii vero infinitum eſſe, nec unquam
12 in ſe reverti exiſtimarunt. Sed horum omnium πενταετηρίδας maxime notandis temporibus Graeci obſervant, id eſt, quaternum annorum circuitus, quas vocant Olympiadas: et nunc apud eos ducenteſima quinquageſima quarta Olympias numeratur, ejusque annus hic ſecun-
13 dus. Idem tempus anni magni Romanis fuit, quod Luſtrum appellabant: ita quidem a Servio Tullio inſtitutum, ut quincto quoque anno, cenſu civium habito, luſtrum conſideretur;
14 ſed non ita a poſteris ſervatum. Nam, cum inter primum a Servio Rege conditum luſtrum, et id, quod ab Imperatore Veſpaſiano, V., et Caeſare III Coſſ. factum eſt, anni fuerint paullo minus ſexcentis quinquaginta, luſtra tamen per ea tempora non plura, quam ſeptuaginta quinque ſunt facta; et poſtea plane fieri deſie-

12. *Olympias* eſt ſpatium quatuor annorum, Graeci enim tempora per Olympiadas ſub annum milleſimum tertium ducenteſimum numerare coeperunt.

13. *Luſtrum* eſt ſpatium quinquennale et fere idem quod Olympias. Teſte Varrone luſtrum a luendo dictum, quod quinto quoque anno vectigalia et tributa ex praediis lui, hoc eſt, ſolvi juberentur. Conf. Nieupoort Antiquit. Rom. Sect. I. Cap. VII. §. 3.

deſierunt. Rurſus tamen annus idem magnus 15
per Capitolinos agonas coeptus eſt diligentius ſervari: quorum agonum primus a Domitiano inſtitutus fuit, duodecimo ejus et Ser. Cornelii Dolabellae conſulatu. Itaque hoc nunc anno qui celebratus eſt agon undequadrageſimus numeratur. Quod ad annos pertinet magnos, in praeſentia ſatis dictum: nunc de annis vertentibus dicendi locus.

CAPUT XIX.

Annus vertens eſt natura, dum ſol percurrens duodecim ſigna, eodem, unde profectus eſt,

15. *quorum agonum primus a Domit. inſtitutus.* Quod etiam teſtatur Suetonius in Domitiano Cap. IV. n. 9. ſeqq. *Inſtituit* (Domitianus) *et quinquennale certamen Capitolino Jovi triplex, muſicum, equeſtre, gymnicum, et aliquanto plurium, quam nunc eſt, coronarum. Certabant etiam et proſa oratione Graece Latineque: ac praeter citharoedos chorocithariſtae quoque, et pſilocithariſtae, in ſtadio vero curſu etiam virgines. Certamine praeſedit crepidatus, purpureaque amictus toga Graecanica, capite geſtans coronam auream cum effigie Jovis, ac Junonis, Minervaeque: adſidentibus Diali ſacerdote et collegio Flavialium pari habitu: niſi quod illorum coronis inerat et ipſius imago.*

Cap. XIX. 1. *Annus vertens* idem quod ſolaris, de quo adi Vollſt. Math. Lex. voce *Sonnen-Jahr*.

duodecim ſigna, quae noſter ſupra Cap. VIII. §. 4. circulum

2 eſt, redit. Hoc tempus quot dierum eſſet, ad certum nondum aſtrologi reperire potuerunt. Philolaus annum naturalem dies habere prodidit CCCLXIV, et dimidiatum. Aphrodiſius CCCLXV, et partem diei octavam. Callipus autem CCCLXV, et Ariſtarchus Samius tantundem, et praeterea diei partem CIↃIↃCXXIII, Meton vero CCCLV, et dierum quinque undeviceſimam partem. Oenopides CCCLXV, et dierum duum et viginti undeſexageſimam partem. Harpalus autem CCCLXV, et horas aequinoctiales tredecim.
3 At noſter Ennius CCCLXVI. Plerique praeterea incomprehenſibile quiddam et inenuntiabile eſſe exiſtimaverunt: ſed pro vero, quod proximum putabant, amplexi ſunt dies ſcilicet
4 CCCLXV. Igitur, cum tanta inter viros doctiſſi-

culum ſigniferum (*den Thierkreis*) nominavit. Virgilius ſic ea deſcribit Lib. I. Georgicor. v. 231. ſeqq.

Idcirco certis dimenſum partibus orbem
Per duodena regit mundi ſol aureus aſtra.
Quinque tenent coelum Zonae: quarum una coruſco
Semper ſole rubens, et torrida ſemper igni:
Quam circum extremae dextra, laevaque trahuntur
Caerulea glacie concretae, atque imbribus atris.

2. *dierum duum* pro duorum. Vide quae ad caput praecedens §. 11. adnotavimus.

etiſſimos fuerit diſſenſio: quid mirum, ſi anni civiles, rudes etiam tum, ſibi quaeque ſtatuebant, tam inter ſe diſcrepent, quam cum illo naturali non congruant? Et in Aegypto quidem antiquiſſimum, ferunt, annum bimeſtrem fuiſſe; poſt deinde ab Iſone Rege quadrimeſtrem factum: noviſſime Arminon ad tredecim menſes et dies quinque perduxiſſe. Item in Achaja 5
Arcades trimeſtrem annum primo habuiſſe dicuntur, et ob id προσέληνοι appellati: non, ut quidam putant, quod ante ſint nati, quam lunae aſtrum coelo eſſet: ſed quod prius habuerint annum, quam is in Graecia ad lunae curſum conſtitueretur. Sunt, qui tradant, 6
hunc annum trimeſtrem Horum inſtituiſſe: eoque ver, aeſtatem, auctumnum, hiemem ὥρας, et annum ὧρον dici, et, Graecos annales, ὥρους, eorumque ſcriptores ὡρογράφους. Itaque quatuor annorum circuitum in modum πενταετηρίδος annum magnum dicebant. Cares 7
autem, et Acarnanes ſemeſtres habuerunt annos, et inter ſe diſſimiles, quibus alternis dies augeſcerent, aut ſeneſcerent: eosque conjunctos veluti τριετηρίδα, annum magnum.

CAP. XX.

4. *anni civiles.* Conf. Vollſtänd. Mathem. Lexicon ſub voce: *Bürgerliches Jahr.*

6. *Horum* filium Iſidis, Aegyptiorum Deae, et filiae Inachi.

7. *ſeneſcerent* i. e. decreſcerent.

CAPUT XX.

Sed, ut hos annos mittam, caligine jam profundae vetuſtatis obductos: in his quoque, qui ſunt recentioris memoriae, et ad curſum lunae vel ſolis inſtituti, quanta ſit varietas, facile eſt cognoſcere, ſi quis vel in unius Italiae gentibus, ne dicam peregrinis, velit acquirere: nam, ut alium Ferentini, alium Lavinii, itemque Albani vel Romani, habuerunt annum: ita et aliae gentes. Omnibus tamen fuit propoſitum, ſuos civiles annos, varie interkalandis menſibus, ad unum verum illum naturalem corrige-
2 re. De quibus omnibus diſſerere, quoniam longum eſt, ad Romanorum annum transibimus. Annum vertentem Romae Licinius quidam Macer, et poſtea Feneſtella, ſtatim ab initio duodecim menſium fuiſſe ſcripſerunt: ſed magis Junio Gracchano, et Fulvio, et Varroni, et Sue-

ſcerent. Eadem in ſignificatione ſeneſcere apud Varronem de Re Ruſtica occurrit: *Luna ſeneſcens*, quae creſcenti opponitur.

Cap. XX. 1. *quanta ſit varietas.* Hanc annorum varietatem accuratius exhibet Solinus Cap. I. §. 34. *Nam ante Auguſtum Caeſarem incerto modo annum computabant, qui apud Aegyptios quatuor menſibus terminabatur, apud Arcadas tribus, apud Acarnanes ſex, apud Lavinios tredecim, quorum annus trecentis ſeptuaginta et quatuor diebus ferebatur.*

Romani. „De Romanorum anno conſule Solinum Cap.

Suetonio, aliisque credendum, qui decem menſium putaverunt fuiſſe: ut tunc Albanis erat, unde orti Romani. Hi decem menſes, [3] dies trecentos quatuor hoc modo habebant.

MARTIUS	XXXI
APRILIS	XXX
MAJUS	XXXI
JUNIUS	XXX
QUINCTILIS	XXXI
SEXTILIS et SEPTEMBER	XXX
OCTOBER	XXXI
NOVEMBER et DECEMBER	XXX

quorum quatuor majores pleni, ceteri ſex cavi voca-

Cap. I. §. 35. et Nieupoortii Antiquit. Roman. Sect. IV. Cap. IV. §. 1.

2. *decem menſium* vel dierum 304, quos Romulus veriſimillime a Latinis inſtitutos accepit, et Martio menſe annum incepit. Conf. Ovid. Faſt. Lib. I. v. 27. ſeqq.

Tempora digeret cum conditor Urbis, in anno
Conſtituit menſes quinque bis eſſe ſuo.
Scilicet arma magis, quam ſidera, Romule, noras:
Curaque, finitimos vincere, major erat.
Eſt tamen et ratio, Caeſar, quae moverit illum:
Erroremque ſuum quo tueatur, habet:
Quod ſatis eſt, utero matris dum prodeat infans;
Hoc anno ſtatuit temporis eſſe ſatis.
Per totidem menſes a funere conjugis uxor
Suſtinet in vidua triſtia ſigna domo. etc.

cavi menſes opponuntur plenis, et hinc cavus nil aliud ſignificare poteſt, quam non plenus ſive imperfectus, et numero dierum par vel aequalis.

4 vocabatur. Poſtea, ſive a Numa, ut ait Fulvius, ſive, ut Junius, a Tarquinio duodecim facti ſunt menſes, et dies CCCLV: quamvis luna duodecim ſuis menſibus CCCLIV dies videatur explere. Sed, ut unus dies abundaret, aut per imprudentiam accidit, aut, quod magis credo, ea ſuperſtitione, qua impar numerus plenus, et magis fauſtus habebatur.
5 Certe ad annum priorem unus et quinquaginta dies acceſſerunt: qui, quia menſes duos non implerent, ſex illis cavis menſibus dies ſunt ſinguli detracti, et ad eos additi, factique ſunt dies quinquaginta ſeptem: et ex his duo menſes, Januarius undetriginta dierum, Februarius duodetriginta. Atque ita omnes menſes pleni, et impari dierum numero eſſe coeperunt, excepto Februario, qui ſolus cavus, et ob hoc ceteris infauſtior eſt habitus.
6 Denique, cum interkalarem

4. *a Numa.* Id adfirmat etiam Florus Lib. I. Cap. 2. *Ille* (Numa) *Pontifices, Augures, Salios, ceterosque per ſacerdotia: annum quoque in XII menſes, faſtos dies, nefaſtosque deſcripſit.* Et Ovidius Faſt. Lib. I. v. 43. ſeq.

At Numa nec Janum, nec avitas praeterit umbras;
Menſibus antiqui oppoſuitque duos.

impar numerus — magis fauſtus habebatur. Quod etiam adfirmat Solinus Cap. I. §. 40. *Unde propter dies impares, Diis ſuperis et Januarius dicatur et Martius: propter pares Februarius, quaſi ominoſus, Diis inferis deputatur.*

-larem menſem viginti duum, vel viginti trium dierum alternis annis addi placuiſſet, ut civilis annus ad naturalem exaequaretur, in menſe potiſſimum Februario, inter Terminalia et Regifugium, interkalatum eſt: idque diu factum, priusquam ſentiretur, annos civiles aliquanto naturalibus eſſe majores. Quod delictum ut corrigeretur, pontificibus datum eſt nego-

6. *viginti duum* pro duorum. Vide notam ad Cap. XVIII. §. II. et Cap. XIX. §. 2.

Terminalia ſunt feſta Termini. Termino ſacrificabant (i. e. ſacra faciebant vel fiebant), teſte Paulo, quod in ejus tutela fines agrorum eſſe putabant. Denique Numa Pompilius ſtatuit eum, qui terminum (i. e. limitem) exaraſſet, et ipſum et boves ſacros eſſe. Agna vel hoedus Termino immolabatur, ut liquet ex Horatii Epod. II. v. 59. ſeq.

Vel agna feſtis caeſa Terminalibus,
Vel hoedus ereptus lupo.

Regifugium. De quo Feſtus: *Regifugium dies notatur in feſtis VI Kal. Martias, ut ait Verrius, ita dictus, quia eo die rex Tarquinius Roma fugerit, quod falſum eſſe arguit Contius in libro faſtorum, et Tullius de feriis, qui Saliares Virgines et Salios adeſſe dicunt regi ſacrorum, cum facit ſacrificium in Comitio, quo facto ſtatim fugit, quod verum cognoverit eſſe, qui legerit faſtis dies tales quales notantur ſic: Q R E X C F. id eſt, quando Rex comitiavit fas. id eſt, ad comitium itat, his enim tantum feriis.* Alii perhibent, fugam Tarquinii Superbi d. VIII Kal. Mart. eſſe factam, Feſta Termini autem d. X. Kal. Mart. celebrabantur, ideoque inter utrumque diem intercalabatur.

delictum hic pro errore vel neglectu in intercalando commiſſo poſitum.

pontificibus — interkalandi ratio permiſſa. Id.

negotium, eorumque arbitrio interkalandi ratio permiſſa.
7 Sed horum plerique, ob odium, vel gratiam, quo quis magiſtratu citius abiret, diutiusve fungeretur, aut publici redemtor, ex anni magnitudine in lucro damnove eſſet, plus minusve ex libidine interkalando, rem ſibi ad corrigendum mandatam, ulto deprava-
8 runt. Adeoque aberratum eſt, ut C. Caeſar, Pontifex Maximus, ſuo III et M. Aemilii Lepidi con-

etiam adfirmat fraudisque pontificum meminit Solinus Cap. I. §. 43. ſeq. *Quod quum in initio Romani probaſſent, contemplatione parilis numeri offenſi neglectum brevi perdiderunt, translata in ſacerdotes intercalandi poteſtate: qui plerumque gratificantes rationibus publicanorum, pro libidine ſua ſubtrahebant tempora, vel augebant. Quum haec ſic forent conſtituta, modusque intercalandi interdum cumulatior, interdum fieret imminutior, vel omnino diſſimulatus praeteriretur, nonnunquam accidebat, ut menſes, qui fuerant transacti hieme, modo aeſtivum, modo auctumnale tempus inciderent.*

8. *C. Caeſar — interponeret.* Hanc rem ſic exhibet Solinus Cap. I. §. 45. *Itaque Caeſar univerſam hanc inconſtantiam, inciſa temporum turbatione, compoſuit, et ut ſtatum certum praeteritus error acciperet, dies* XXI *et quadrantem ſimul intercalavit: quo pacto regradati menſes de caetero ſtatuta ordinis ſui tempora detinerent. Ille ergo annus ſolus trecentos* XXXXIIII *dies habuit: alii deinceps trecentos ſexagenos quinos et quadrantem, et tunc quoque vitium admiſſum eſt per ſacerdotes. Nam, quum praeceptum eſſet, anno quarto, ut intercalarent unum diem, et oporteret confecto quarto anno id*

conſulatu, quo retro delictum corrigeret, duos menſes interkalarios dierum ſexaginta ſeptem, in menſem Novembrem et Decembrem interponeret, cum iam menſe Februario dies tres et viginti interkalaſſet, faceretque eum annum dierum

id obſervari, ante quam quintus auſpicaretur, illi incipiente quarto, intercalarunt, non deſinente. Sic per annos ſex et XXX, quum novem dies tantummodo ſufficere debuiſſent, XII ſunt interkalati. Quod reprehenſum Auguſtus reformavit, iuſſitque annos duodecim ſine intercalatione decurrere, ut tres illi dies, qui ultra novem neceſſarios temere fuerant intercalati, hoc modo poſſent repenſari. Ex qua diſciplina omnium poſtea temporum fundata ratio eſt. Et Suetonius in Iul. Caeſ. Cap. XL. *Converſus* (Caeſar) *ad ordinandum Reipublicae ſtatum, faſtos correxit, iam pridem vitio Pontificum per intercalandi licentiam adeo turbatos, ut neque meſſium feriae aeſtati, neque vindemiarum auctumno competerent. Annumque ad curſum ſolis accommodavit, ut trecentorum ſexaginta quinque dierum eſſet: et intercalario menſe ſublato, unus dies quarto quoque anno intercalaretur. Quo autem magis in poſterum ex Kalendis Ianuariis nobis temporum ratio congrueret, inter Novembrem ac Decembrem menſem interiecit duos alios: fuitque is annus, quo haec conſtituebantur, XV menſium cum intercalario, qui ex conſuetudine in eum annum incideret.*

faceret eum annum dierum CCCCXXXXV. Hic annus, quia nimium in modum aggraveſcebat, ea de re annus confuſionis *(das Jahr der Verwirrung)* poſtea eſt nuncupatus. Conf. Vollſtänd. Mathemat. Lexicon I Theil ſub vocibus: *Jahr der Verwirrung* et *Julianiſches Jahr.* Ricciolus *Chronol*

G

rum CCCCXXXXV, ſimul providens in futurum, ne iterum erraretur: nam interkalario menſe ſublato, annum civilem ad ſolis curſum
9 formavit. Itaque diebus CCCLV addidit X, quos per ſeptem menſes, qui dies undetricenos habebant, ita diſtribuit, ut Ianuario, et Sextili, et Decembri bini accederent, ceteris ſinguli: eosque dies extremis partibus menſium appoſuit, ne ſcilicet religiones ſui cuiusque men-
10 ſis a loco ſummoverentur. Quapropter nunc, cum in ſeptem menſibus dies ſinguli et triceni ſint, quatuor tamen illi ita primitus inſtituti eo dinoſcuntur, quod nonas habent ſeptimanas: ceteri quinctanas. Praeterea pro quadrante diei,

nol. Reformat. Lib. I. Cap. 22. et Petavius *de Doctrina Temporum* Lib. III. Cap. 3.

interkalario menſe ſublato i. e. Merkedonio menſe ſublato, qui menſis interkalarius erat, praeter duodecim menſes conſuetos biennio quoque intra 22 et 23 Februarium intercalabatur, et modo 22 modo 23 diebus conſtabat. Quae conſuſio ſacerdotum fraude effecta Iulio Caeſari faſtos corrigendi anſam dedit.

10. *quinctanas.* Aliae nonae quinctanae, aliae vero ſeptimanae erant. Menſe Martio, Maio, Iulio et Octobri ſeptimus quisque dies, reliquis vero menſibus quintus quisque dies, fuerunt nonae, quilibet menſis enim in tres dividebatur partes a Kalendis, Nonis Idibusque dictas. Alii nonas a tempore novendiali, quoniam ad eas ab Idibus novem dies retro computabantur, nomen mutuatas eſſe perhibent, alii autem a nondinis vel nundinis

diei, qui annum verum ſuppleturus videbatur, inſtituit, ut, peracto quadriennii circuitu, dies unus, ubi menſis quondam ſolebat, poſt Terminalia interkalaretur: quod nunc Biſſextum vocatur. Ex hoc anno, ita a Iulio Caeſare or- 11
dinato, ceteri ad noſtram memoriam Iuliani appellantur, iique conſurgunt ex IV Caeſaris conſu-

dinis originem traxiſſe credunt, quia eo die populus ex municipiis et pagis Romae explorandi cauſſa, quae feſta eo in menſe celebrentur, veniebat, eaque de re etiam nundinae inſtituebantur, ut populo neceſſaria quaeque emendi ne deeſſet occaſio. Eodem modo etiam nundinas explicat Feſtus: *Nundinas feriarum diem eſſe voluerunt antiqui, ut ruſtici convenirent mercandi vendendique cauſa, eumque nefaſtum, ne ſi liceret cum populo agi, interpellarentur nundinatores.* Nonarum vero originis aliam rationem idem Feſtus affert: *Nonas quidem*, ait, *a nova luna, quod in eas decurrere principium lunae. Alii, quod ſemper ante diem Iduum nonum eſſent feribique ideo debere primam appellationis eius ſyllabam adiecta V litera.* De menſibus et conſ. Nieupoortii Comp. Antiquit. Romanor. Sect. IV. Cap. IV. §. 2. pag. m. 213.

biſſextum i. e. dies intercalaris (der Schalt-Tag) qui eſt dies 29 Februarii Calendarii Juliani, atque anno quoque quarto inſeri ſolet, ea de re etiam hic annus biſſextilis (das Schalt-Jahr) appellatur.

11. *Iuliani appellantur*, quia a Iulio Caeſare Calendarium eſt correctum. Quicquid vero poſt eum aevo recentiori a Pontifice Gregorio XIII anno 1582. Calendario additum ab eoque accuratius eſt inſtitutum, ni fallor, in *Chriſtoph Gottlieb Steinbeckii aufrichtigen*

conſulatu. Qui etiam, ſi non optime, ſoli tamen ad annum naturae aptati ſunt: nam et priores alii, etiam ſi qui decimeſtres fuerunt, nec Romae modo, vel per Italiam, ſed apud gentes omnes, quantum poterat idem, fuerunt

12 correcti. Itaque cum de aliquo annorum numero hic dicetur, non alios par erit, quam naturales accipere: et, ſi origo mundi, in hominum notitiam veniſſet, inde exordium ſumeremus.

CAPUT XXI.

Nunc vero id intervallum temporis tractabo, quod *ἱςορικὸν* Varro appellat. Hic enim tria diſcrimina temporum eſſe tradit. Primum ab hominum principio ad cataclysmum priorem; quod propter ignorantiam vocatur *ἄδηλον*. Secundum a cataclysmo priore ad Olympiadem primam; quod, quia in eo multa fabuloſa referun-

gen *Kalendermann* erunt obvia. Saltem haec addam, noſtra aetate annum diebus CCCLXV adhuc conſiſtere, et quolibet anno quarto Februarii menſe diem vigeſimum nonum intercalari.

Cap. XXI. 1. *ἱςορικον*, hiſtoricum.

diſcrimina temporum hic idem denotant, quod temporum periodi ſive epochae.

cataclysmum i. e. diluvionem.

ἄδηλον, obſcurum, incertum.

ad Olympiadem primam, i. e. ad annum 3938 Periodi Iuliani.

feruntur, μυθικὸν nominatur: tertium a prima Olympiade ad nos, quod dicitur ἱςορικὸν, quia res in eo geſtae veris hiſtoriis continentur. Primum tempus ſive habuit initium, ſive ſemper fuit, certe quot annorum ſit, non poteſt comprehendi; ſecundum non plane quidem ſcitur, ſed tamen ad mille circiter et IↃC annos eſſe creditur. A priore ſcilicet cataclysmo, quem Ogygium dicunt, ad Inachi regnum, anni circiter CCCC: hinc ad Olympiadem primam paullo plus CCCC. Quos ſolos, quamvis mythici temporis poſtremos, tamen, quia a memoria

Iuliani. Conf. Scaliger et Petavius.

μυθικὸν, fabuloſum, cui commenta fabuloſa ſunt admixta.

2. *Ogygium cataclysmum*, i. e. diluvium, quod tempore Ogygi, Thebae conditoris, evenit. De hujus diluvii tempore conſulendus Petavii ration. tempor. P. I. Lib. II. cap. 9. Ogygus vel Ogyges, Siſithrus, Deucalion et Noa una eademque perſona fuerunt. Hoc adparet ex Philone de praemiis et poenis: Τοῦτον Ἕλληνες μὲν Δευκαλίωνα, Χαλδαῖοι δὲ Νῶε ἐπονομάζουσιν, ἐφ᾽ ὧ τὸν μέγαν κατακλυσμὸν συνέβη γενέσθαι. *Hunc Graeci Deucalionem, Chaldaei Noam vocant, ſub quo magnum illud diluvium evenit.* Ea de re etiam P. D. Huetius Demonſtration. Evangelic. (Amſt. 1680. in 8.) pag. 256. *Noachum ex undis ſervatum Deucalione ſuo expreſſerunt Graeci; eiusque navigium* λάρνακα *et* κιβώτιον *appellarunt, quod nomen tulit et illud Noachi.*

mythici temporis, i. e. fabuloſi, de quo nil certi conſtat

moria ſcriptorum proximos, quidam certius de-
3 finire voluerunt. Et quidem Soſibius ſcripſit, eſſe CCCLXXXXV; Eratosthenes autem, ſeptem et CCCC; Timaeus CCCCXVII; Aretes IↃXIIII; et praeterea multi diverſe: quorum
4 etiam ipſa diſſenſio incertum eſſe declarat. De tertio autem tempore fuit quidem aliqua inter auctores diſſenſio, in ſex ſeptemve tantummodo
5 annis verſata. Sed hoc, quodcunque caliginis, Varro diſcuſſit, et pro cetera ſua ſagacitate, nunc diverſarum civitatium conferens tempora, nunc defectus, eorumque intervalla retro dinumerans, eruit verum, lucemque oſtendit, per quam numerus certus non annorum modo,
6 ſed et dierum perſpici poſſit. Secundum quam rationem, niſi fallor, hic annus, cuius velut index et titulus quidam eſt, Ulpii et Pontiani conſulatus, ab Olympiade prima milleſimus eſt et quartus decimus, ex diebus duntaxat aeſtivis, quibus agon Olympicus celebratur, a Roma autem condita IↃCCCCLXXXXI, et quidem ex Parilibus, unde urbis anni numerantur.

Eorum

ſtat, et ſaltem traditiones veterum exiſtunt, quae fabulis ſimiliores, quam veris factis hiſtoricis ſunt.

6. *agon Olympicus* i. e. ludus et certamen gymnicum, quod apud Olympiam vel Piſam urbem quinto quoque celebrabatur anno.

ex Parilibus, termino conditae urbis Romae. Feſtus:

Eorum vero annorum, quibus Iulianis nomen 7
eſt, CCLXXXIII, ſed ex die Kal. Ian. unde Iulius Caeſar anni a ſe conſtituti fecit principium.
At eorum, qui vocantur anni Auguſtorum, 8
CCLXV; perinde ex Kal. Ian. quamvis ex ante diem decimum ſextum Kal. Februarii Imperator Caeſar, D. F. ſententia L. Munacii Planci, a Senatu, ceterisque civibus, Auguſtus appellatus eſt, ſe VII. et M. Vipſanio Agrippa III. Coſſ.
Sed Aegyptii, quod biennio ante in poteſtatem 9
ditio-

ſtus: *Parilibus urbem condidit Romulus, quem diem feſtum praecipue habebant iuniores.* Solinus Cap. I. §. 16. ſeqq. *Sed quanquam iſta ſic congruant, palam eſt, proſpero illi augurio deberi Romani nominis gloriam, maxime quum annorum ratio faciat cardinem veritati: nam, ut affirmat Varro, auctor diligentiſſimus, Romam condidit Romulus, Marte genitus et Rhea Silvia; vel, ut nonnulli, Marte et Ilia: dictaque eſt primum Roma quadrata, quod ad aequilibrium foret poſita. Ea incipit a ſilva, quae eſt in area Apollinis, et ad ſupercilium ſcalarum Caci habet terminum, ubi tugurium fuit Fauſtuli: Ibi Romulus manſitavit, qui auſpicato fundamenta murorum iecit, duodeviginti natus annos, undecimo Kalendas Maias, hora poſt ſecundam ante tertiam plenam: ſicut Lucius Tarruntius prodidit, mathematicorum nobiliſſimus, Iove in piſcibus, Saturno, Venere, Marte, Mercurio in Scorpione, Sole in Tauro, Luna in libra conſtitutis. Et obſervatum deinceps, ne qua hoſtia Parilibus caederetur, ut dies iſte a ſanguine purus eſſet, cuius ſignificationem de partu Iliae tractam volunt.*

ditionemque Pop. Rom. venerunt, habent hunc
Auguſtorum annum CCLXVII. Nam, ut a no-
ſtris, ita ab Aegyptiis, quidam anni in litteras
relati ſunt: ut quos Nabonnazaru nominant,
quod a primo imperii eius anno conſurgunt,
quorum hic IↃCCCCLXXXVI, item Philippi,
qui ab exceſſu Alexandri Magni numerantur,
et ad hunc usque perducti, annos IↃLXII con-
10 ſummant. Sed horum initia ſemper a primo
die menſis eius ſumuntur, cui apud Aegyptios
nomen eſt Thoth: quique hoc anno fuit ante
diem VII Kal. Iul. cum abhinc annos centum,
Imperatore Antonino Pio, II et Bruttio Prae-
ſente Coſſ., iidem dies fuerint ante diem XII
Kal. Auguſt. quo tempore ſolet Canicula in Ae-
11 gypto ſacere exortum. Quare ſcire etiam licet,
anni illius magni, qui, ut ſupra dictum eſt, et
ſolaris, et canicularis, et Dei annus vocatur,
12 nunc agi vertentem annum centeſimum. Initia
autem iſtorum annorum propterea notavi, ne
quis eos aut ex Kal. Ian. aut ex alio aliquo tem-
pore

9. *Nabonnazaru.* De quo conſ. Vollſtändiges Mathematiſches Lexicon I Th. ſub vocibus: *Nabonaſſariſch Iahr et Epocha Nabonaſſarea.*

10. *Thoth.* Conſ. ſupra Cap. XVIII. §. 10. et quae ibi adnotavimus.

11. *ut ſupra dictum,* nimirum Capite XVIII. §. 10. *Dei annus* i. e. ſolaris annus. Conf. Douſam ad Tibull. pag. 253.

pore ſimili putaret incipere: cum in his conditorum voluntates, non minus diverſae ſint, quam opiniones philoſophorum. Idcirco aliis 13 a novo Sole, id eſt, a bruma, aliis ab aeſtivo ſolſtitio, plerisque ab aequinoctio verno, partim ab auctumali aequinoctio, quibusdam ab ortu vergiliarum, nonnullis ab earum occaſu, multis a canis exortu, incipere annus naturalis videtur.

CAPUT XXII.

Menſium genera duo; nam alii ſunt naturales, alii civiles. Naturalium ſpecies duae, quod partim Solis, partim Lunae eſſe dicantur. Secundum Solem fit menſis, dum Sol unum- 2 quod-

12. *in his* aliae editiones habent *his*, ſed repoſuimus praepoſitionem *in* ex conjectura Nagelii, quam in Progr. ſaepius laudato §. IIII. exhibet.

Cap. XXII. *Menſium* Goetzius exhibet *Menſum*. Quum vero crederemus, gignendi caſum menſium uſitatiorem eſſe, quam menſum, ita reponendum eſſe, ſatius duximus, quamvis in eodem capite multo infra nimirum §. 10. et 17. iterum iterumque menſum pro menſium occurrat.

2. *Secundum ſolem fit menſis etc.* Menſes ſolares inter ſe diſcrepant, neminem enim praeterit, ſolem in ſignis circuli animalis modo longius, modo brevius morari. Hinc evenit, ut menſes in naturales et civiles dividerentur. Aſtronomi enim conſuevere, non dies tantum, verum etiam horas, ſexage-

quodque in Zodiaco orbe ſignum percurrit. Lunaris eſt autem temporis quoddam ſpatium
3 a nova Luna. Civiles menſes ſunt numeri quidam dierum, quos unaquaeque civitas ſuo inſtituto obſervat; ut nunc Romani a Kalendis in Kalendas. Naturales, et antiquiores et omnium gentium communes ſunt. Civiles, et poſterius inſtituti, et ad unamquamque perti-
4 nent civitatem. Qui ſunt coeleſtes, ſive Solis, ſeu Lunae, neque peraeque inter ſe pares ſunt, nec dies habent totos: quippe Sol in Aquario moratur circiter undetriginta, in Piſce fere triginta, in Ariete unum et triginta, in Geminis prope triginta et duos: et ſic in ceteris inaequabiliter. Sed usque adeo non totos dies in ſingulis; ut annum ſuum, id eſt, dies trecentos ſexaginta quinque, et portionem neſcio quam, adhuc Aſtrologis inexploratam, in duo-
5 decim ſuos dividat menſes. Luna autem ſingulos menſes conficit diebus undetriginta circiter, et dimidiato. Sed et hos inter ſe diſpares, alias longiores, alias breviores. At civitatium menſes

ſimasque horae partes computare, quibus ſol in unoquoque circuli animalis ſigno moratur, eaque de re diſcrepant menſes ſolares et lunares inter civiles, quia menſe civili tantummodo computantur dies.

in Zodiaco orbe i. e. in ſignifero circulo.

menſes vel magis numero dierum inter ſe diſcrepant: ſed dies ubique habent totos. Apud Al- 6
banos Martius eſt ſex et triginta, Maius viginti et duum, Sextilis duodevingiti, September ſedecim. Tuſculanorum Quinctilis dies habet triginta ſex, October triginta duos. Idem October apud Aricinos triginta novem. Minime vi- 7
dentur erraſſe, qui ad Lunae curſum menſes civiles accommodarunt, ut in Graecia plerique, apud quos alterni menſes ad triceſos dies ſunt facti. Maiores quoquè noſtri idem ſunt aemu- 8
lati; cum annum dierum CCCLV haberent. Sed D. Iulius, cum videret hac ratione nec ad Lunam menſes, ut oportebat, neque annum ad Solem convenire, maluit annum corrigere: ut ſic etiam menſes, vel cum veris illis ſolaribus, et ſi non ſinguli, univerſi tamen ad anni finem neceſſario concurrerent. Nomina decem 9
menſibus antiquis Romulum feciſſe, Fulvius et Iunius auctores ſunt; et quidem duos primos a paren-

6. *Sextilis* Romuli tempore menſis erat ſextus, annus enim a menſe Martio eſt exorſus, et Sextilis fuit is menſis, qui hodie Auguſtus.

9. *Nomina decem menſibus — Romulum feciſſe.* Conf. quae ſupra Cap. XX. §. 2. adnotavimus.

duos primos a parentibus ſuis nominaſſe. Vide Iac. Gronovii Diſſ. de origine Romuli. Lugd. Bat. 1684. in 8.

parentibus ſuis nominaſſe, Martium a Marte patre, Aprilem ab Aphrodite, id eſt, Venere; unde maiores eius oriundi dicebantur. Proximos duos a populo, Maium a maioribus natu, Iunium a iunioribus; ceteros ab ordine, quo ſinguli erant: Quinctilem usque ad Decembrem
10 perinde a numero. Varro autem Romanos a Latinis nomina menſium accepiſſe arbitratur. Auctores eorum antiquiores, quam urbem fuiſſe,
11 ſatis argute docet. Itaque Martium menſem a Marte quidem nominatum credit, non quia Romuli fuerit pater, ſed quod gens Latina bellicoſa. Aprilem autem non ab Aphrodite, ſed ab aperiendo; quod tunc fere cuncta gignan-
12 tur, et naſcendi clauſtra aperiat natura. Maium vero non a maioribus, ſed a Maia nomen accepiſſe;

11. *Martium Menſem etc.* Ratione originis menſis Martii eiusque nominis cum Varrone plane conſentit Feſtus: *Martius menſis initium anni fuit et in Latio, et poſt Romam conditam, eo quod gens erat bellicoſiſſima. Cuius rei teſtimonium eſt, quod poſteriores menſes, qui annum finiunt, a numero appellati ultimum habent Decembrem.*

12. *Maium.* De cuius origine ſic Feſtus: *Maius menſis in compluribus civitatibus Latinis ante urbem conditam fuiſſe videtur, qua ex cauſa utrum a maioribus, ut Iunius a iunioribus dictus ſit, an a Maia, quod Mercurio filio eius res divinae . . . fiant ſolemnes, an quod ipſi deae in multis Latinis civitatibus ſacrificia fiebant (ipſo menſe). . . .*

cepiſſe; quod eo menſe tam Romae, quam antea in Latio, res divina Maiae fiat et Mercurio. Iunium quoque a Iunone potius, quam iunioribus, quod illo menſe maxime Iunoni honores
habeantur. Quinctilem, quod loco apud La- 13
tinos fuerit quincto: item Sextilem, ac deinceps ad Decembrem, a numeris appellatos. Ceterum Ianuarium et Februarium poſtea quidem additos, ſed nominibus iam ex Latio ſumtis: et Ianuarium ab Iano, cui attributus eſt,
nomen traxiſſe, Februarium a februo. Eſt *fe*- 14
bruum quidquid piat purgatque; et *februamenta*, purgamenta: item februare, purgare, et purum facere. *Februm* autem non idem usquequaque dicitur. Nam aliter in aliis ſacris brua-

Iunium. De quo Feſtus: *Iunium menſem dictum putant a Iunone. Iidem ipſum dicebant Iunonium et Iunonialem, Iulium quod eo menſe dicitur Iulius natus.*

13. *Februarium.* Neminem legere pigebit, quae de huius menſis nomine tradit Feſtus: *Februarius menſis dictus, quod tum, id eſt extremo menſe anni, populus februaretur, id eſt, luſtraretur, ac purgaretur: vel a Iunone februata; quam alii februalem, Romani februlim vocant: quod ipſi eo menſe ſacra fiebant: eiusque feriae erant lupercalia, quo die mulieres februabantur a lupercis amiculo Iunonis, id eſt, pelle caprina, quam ob cauſam is quoque dies februatus appellabatur. Quaecunque denique purgamenti cauſa in quibusque ſacrificiis adhibentur, februa appellantur. Id vero, quod purgatur, dicitur februatum.*

15 februatur, hoc eſt purgatur. In hoc autem menſe, Lupercalibus, cum Roma luſtratur, ſalem calidum ferunt, quod *Februm* appellant. Unde dies Lupercalium proprie Februatus, et
16 ab eo porro menſis Februarius vocitatur. Ex his duodecim menſibus duorum tantum nomina immutata. Nam, qui Quinctilis fuit, Iulius cognominatus eſt, C. Caeſare V. et M. Antonio Coſſ., anno Iuliano ſecundo. Qui autem Sextilis fuerat, ex S. C. Marcio Cenſorino, C. Aſinio Gallo Coſſ., in Auguſti honorem dictus eſt Auguſtus, anno Auguſtano XX. Quae nomina
17 etiam nunc ad hanc permanent memoriam. Poſtea vero multi Principes nomina quaedam menſium immutaverunt, ſuis nuncupando nominibus.

15. *Lupercalia* erant feſtum, quo Luperci Panis ſacerdotes Romulo Remoque deſtinatis ludis rem divinam nudi agebant, per vicos et compita diſcurrentes, pellibusque caprarum obvias feminas verberantes, quae et ipſae palmas ad id praebebant, quod hoc ictu foecundas ſe fieri credebant. Hinc Iuvenal. Sat. II. v. 142.

Nec prodeſt agili palmas praebere Luperco.

Plura vide in Nieupoortii Explicat. Rituum Rom. pag. m. 189.

17. *ſuis nuncupando nominibus.* Eiusmodi exemplum adfert Suetonius in Nerone Cap. LV. *Erat illi* (Neroni) *aeternitatis perpetuaeque famae cupido, ſed inconſulta. Ideoque multis rebus ac locis vetere appellatione detracta, novam induxit ex ſuo nomine. Menſem quoque Aprilem, Neroneum appellavit. Deſtinaverat et Romam Neropolim nuncupare.*

bus. Quod aut ipſi poſtmodum mutaverunt, aut poſt obitum eorum illa nomina priſtina ſuis reddita menſibus ſuerunt.

CAPUT XXIII.

Supereſt pauca de die dicere, qui, ut menſis et annus, partim naturalis, partim civilis eſt. Naturalis dies eſt tempus ab oriente Sole 2
ad Solis occaſum. Cuius contrarium nox ab occaſu Solis usque ad exortum. Civilis autem dies vocatur tempus, quod fit uno coeli circumactu, quo dies verus et nox continetur. Ut, cum dicimus, aliquem dies triginta tantum vixiſſe: relinquitur enim etiam noctes intelligere. Huiusmodi dies ab Aſtrologis, et civitatibus, 3
quatuor modis definitur. Babylonii quidem a Solis exortu, ad exortum eiusdem aſtri, diem ſtatuerunt: at in Umbria plerique a meridie ad meridiem. Athenienſes autem ab occaſu Solis ad occaſum. Ceterum Romani a media nocte ad mediam noctem diem eſſe exiſtimaverunt.
Indicio ſunt ſacra publica, et auſpicia etiam 4
magiſtratuum; quorum, ſi quid ante medium noctis eſt actum, diei, qui praeteriit, adſcribitur;

Cap. XXIII. 3. *Romani a media nocte ad mediam noctem.* Cf. Macrob. Saturn. I. cap. 3.

bitur; ſi quid autem poſt mediam noctem, et ante lucem factum eſt, eo die geſtum dicitur,
5 qui eam ſequitur noctem. Idem ſignificat, quod, qui a media nocte ad proximam noctem, in his horis quatuor et viginti, naſcuntur, eundem
6 dem diem habent natalem. In horas duodecim diviſum eſſe diem, noctemque in totidem, vulgo notum eſt. Sed hoc credo Romae poſt reperta ſolaria obſervatum. Quorum antiquiſſimum quod fuerit, inventu difficile eſt: alii enim apud aedem Quirini primum ſtatutum dicunt, alii in Capitolio, nonnulli ad aedem
7 Dianae in Aventino. Illud ſatis conſtat, nullum in foro prius fuiſſe, quam id, quod M. Valerius ex Sicilia advectum, ad roſtra in columna poſuit. Quod, quum ad clima Siciliae deſcriptum, ad horas Romae non conveniret, L. Philippus, Cenſor, aliud iuxta conſtituit: deinde aliquanto poſt P. Cornelius Naſica, Cenſor, ex aqua fecit horarium, quod et ipſum ex conſuetudine

6. *ſolaria* i. e. horologia in quibus horae in Sole inſpiciuntur. Eorum inventoris meminit Plinius in Hiſt. Nat. Lib. VII. cap. 60.

7. *horarium* idem quod clepſydra, i. e. vas, quod aqua fluente horas deſignabat, ut hodie arena. Clepſydrarum uſum ob nimiam dicendi licentiam recentiori aevo in foro Romano eſſe introductum quia dicentibus in eo ex Athenienſium more tempus erat praeſcriptum, patet ex Martialis Lib. VI. Epigr. 35.

tudine naſcendi a Sole horas, *ſolarium* coeptum vocari. Horarum nomen non minus an- 8

nos

Septem clepſydras magna tibi voce petenti,
Arbiter invitus, Caeciliane, dedit,
At tu multa diu dicis: vitreisque tepentem
Ampullis potas ſemiſupinus aquam,
Ut tandem ſaties vocemque ſitimque, rogamus,
Iam de clepſydra, Caeciliane, bibas.

et ex Eiusd. Lib. VIII. Epigr. 7.

Hoc agere eſt cauſſas, hoc dicere, Cinna, diſerte,
Horis, Cinna, decem, dicere verba novem?
Sed modo clepſydras ingenti voce petiſti,
Quatuor, o quantum, Cinna, tacere potes!

nec non ex Plinio Lib. I. Epiſt. 23.

Ipſe, quum tribunus eſſem, erraverim fortaſſe, qui me eſſe aliquid putavi, ſed tanquam eſſem, abſtinui cauſſis agendis: primum quod deforme arbitrabar, cui adſurgere, cui loco cedere omnes oporteret, hunc omnibus ſedentibus ſtare; et qui iubere poſſet tacere quemcunque, huic ſilentium clepſydra indici; et quem interfari nefas eſſet, hunc etiam convicia audire; et, ſi inulta pateretur, inertem, ſi ulſciſceretur, inſolentem videri.

ex Eiusd. Lib. II. Epiſt. 11.

Utcunque tamen animum cogitationemque collegi, coepi dicere non minore audientium adſenſu, quam ſolicitudine mea: dixi horis paene quinque. Nam X clepſydris, quas ſpatioſiſſimas acceperam, ſunt additae quatuor.

et ex Eiusd. Lib. VI. Epiſt. 2.

Nam poſtquam obiit ille, increbuit paſſim et invaluit conſuetudo, binas vel ſingulas clepſydras, interdum et dimidias, et dandi et petendi. Nam et qui dicunt, egiſſe malunt, quam agere; et qui audiunt, finire, quam iudicare. Quantum

nos CCC Romae ignoratum eſſe, credibile eſt. Nam in XII Tabulis nuſquam nominatas horas invenias, ut in aliis poſtea legibus, ſed Ante Meridiem, eo videlicet, quod partes diei bifa-
9 riam tum diviſi meridies diſcernebat. Alii diem quadripartito, ſed et noctem ſimiliter, dividebant: idque diviſio teſtatur militaris, ubi dicitur, *vigilia prima*, item *ſecunda*, et *tertia*, et *quarta*.

CAPUT

tum dicendi temporis oratoribus vel advocatis conceſſum erat, actorem et reum defendendi liquet ex Plinii Lib. IV. Epiſt. 9. *Egeram horis tribus et dimidia; ſupererat ſeſquihora. Nam quum e lege accuſator ſex horas, novem reus accepiſſet; ita diviſerat tempus reus inter me, et eum, qui dicturus poſt erat, ut ego quinque horis, ille reliquis uteretur.* Utrum vero clepſydra horam plenam, ut Martialis interpretes volunt, vel quintam ſeu tertiam impleverit horae partem, ut Geſnerus ad Plinium adſerere ſtudet, nec ne, ex omnibus his locis nullo prorſus modo erui poteſt. Certo quidem certius eſt, Martialis interpretes erraſſe, qui clepſydram horam impleviſſe plenam credunt, quia ex Plinii locis ſatis adparet, clepſydram partem horae tantummodo conſtituiſſe, ſed quotam partem non in aprico eſt, quoniam in numeris variatur, et *Gataneus* XX clepſydris ad Plinii locum Lib. II. Epiſt. 11. legit.

9. *diviſio* aliae et quidem omnes editiones habent *ſimilitudo*, ſed quia haec vox nullum ſenſum parit atque ad rem neutiquam quadrat, priorem lectionem ex conjectura *Cel. Nagelii* in Progr. ſaepiusnumero laudato §. V. allata in textum recepimus, nec quenquam eſſe putamus, qui hanc mutationem ſit vituperaturus.

CAPUT XXIV.

Sunt etiam plura noctis et diei tempora, aliis ſubnotata, propriisque diſcreta nominibus; quae apud veteres poëtas paſſim ſcripta inveniuntur; ea omnia ordine ſuo exponam. In- 2
cipiam a nocte media, quod tempus principium et poſtremum eſt diei Romani. Tempus, quod huic proximum eſt, vocatur *de media nocte*: ſequitur *gallicinium*, cum galli canere incipiunt: dein *conticinium*, cum conticuerunt: tunc *ante lucem*, et ſic *diluculum*, cum, Sole nondum orto, iam lucet. Secundum dilucu- 3
lum vocatur *mane*, cum lux videtur Solis: poſt hoc *ad meridiem*: tunc *meridies*, quod eſt medii diei nomen: inde *de meridie*: hinc *ſuprema*; quamvis plurimi *ſupremam*, poſt occaſum Solis eſſe exiſtimant: quia eſt in XII Tabulis ſcriptum ſic: Sol. occasus. suprema. tempestas. esto. Sed poſtea M.' Plaetorius, Tribunus plebis, ſcitum tulit, in quo ſcriptum eſt: Prae-

Cap. XXIV. 1. *diſcreta* i. e. diſtincta et notata.

2. *Conticinium* occurrit apud Plautum in Aſin. Act. III. Sc. III. v. 95. *Redito huc conticinio*. Alii putant conticinium a primo noctis tempore eſſe dictum, quo omnia propter quietem conticeſcunt.

diluculum i. e. tempus diei luceſcentis. Plaut. in Amph. Act. II. Sc. II. v. 105.

PRAETOR. URBANUS. QUI. NUNC. EST. QUIQUE. POST. HAC. FUAT. DUOS. LICTORES. APUD. SE. HABETO. ISQUE. USQUE. AD. SUPREMAM. IUS. INTER. CIVIS. DI-
4 CITO. Poſt ſupremam ſequitur, *veſpera*, ante ortum ſcilicet eius ſtellae, quam Plautus *veſperuginem*, Ennius *veſperum*, Virgilius *he-*
5 *ſperon*, appellant. Inde porro *crepuſculum*, ſic fortaſſe appellatum, quod res incertae *creperae* dicuntur; idque tempus noctis ſit, an diei, incertum eſt. Poſt id ſequitur tempus, quod dicimus *luminibus accenſis*, antiqui *prima face* dicebant. Deinde *concubium*, cum

4. *veſperuginem*. Feſtus: *Veſperugo, veſper ſtella*, Plautus: *Nec veſperugo, nec vergiliae occidunt.*

veſperum, quaſi heſperum dictum, ſtella eſt veſpertina, i. e. Venus: Sic Horatius Lib. II. Carm. 9. v. 10. ſeqq.

— — — nec tibi Veſpero
Surgente decedunt amores,
Nec rapidum fugiente Solem.

Idem Lib. III. Carm. 19. v. 25. ſeqq.

Spiſſa te nitidam coma,
Puro te ſimilem, Telephe, Veſpero,
Tempeſtiva petit Chloë:
Me lentus Glycerae terret amor meae.

et Virgilius Lib. I. Georgic. v. 251.

Illic ſera rubens accendit lumina Veſper.

heſperon vel heſperum, Veneris ſtellam, de quo feſtive Seneca in Hippolyto Act. II. v. 749. ſeqq.

Qualis eſt primus referens tenebras
Nuncius noctis, modo lotus undis
Heſperus, pulſis iterum tenebris
Lucifer idem.

cum itum eſt cubitum. Exinde *intempeſta*, id eſt, multa nox, qua nihil agi tempeſtivum eſt: tunc, *ad mediam noctem*, dicitur: et ſic, *media nox*.

5. *intempeſta*. Cf. Cicero 6 Ver. *Repente nocte intempeſta ſervorum armatorum ſit concurſus atque impetus.* Livius Lib. XXXVII. Cap. 14. n. 3. *venire nocte intempeſta.* Curtius Lib. IV. cap. 13. n. 4. Feſtus hanc vocem ſic illuſtrat: *Intempeſtam noctem dicimus pro incertiore tempore, quia non tam facile noctis horae, quam diei poſſunt intelligi. Tempeſtatem enim antiqui pro tempore poſuere.*

F I N I S.

VOCA-

VOCABULA
CENSORINO
SOLI USURPATA
DIGESSIT
IAC. MOSANTUS BRIOSIUS
in Epiſtolis, Cadomi, cIↄIↄcLXX in 8 editis.

Collatus, *huius collatus. Videtur ſumi pro eo, quod Gallice dicimus*, entretien, conference. Cum vero tuo collatu ſcirem, me plura didiciſſe, ne beneficiis tuis viderer ingratus. Cap. I.

Concordabilis. *Sed non promiſcue voces omnes cum aliis, ut libet, iunctae*, concordabiles in cantu reddunt effectus. *Et paullo poſt:* nec verbis, nec ſyllabis concordabunt, Cap. X.

Membror. *Quinque et triginta diebus infans membratur*, Cap. XI. Hippocrates *dixit* διαρθρουνται.

Infans.

Infans. *De foetu adhuc in utero. Vide Membror.*

Inaudibilis. *Pythagoras prodit, ſeptem ſtellas inter coelum et terram vagas, quae mortalium geneſes moderantur, motum habere* εὔρυθμον, *et dulciſſimam continere melodiam, ſed nobis* inaudibilem *propter vocis magnitudinem, quam capere aurium noſtrarum anguſtiae non poſſunt,* Cap. XIII.

Concinere melodiam, *vide* Inaudibilis.

Hirquitallire. *Incipiente tertia aetatis hebdomade, vox craſſior et inaequabilis fit, quod* ARISTOTELES *vocat* τραγίζειν, *antiqui* hirquitallos *nominari, quod tum corpus hircum olere ſoleat*, c. XIV. *Inde* hircoſus ULPIANO, Lib. XII. §. Is cui ff. de Aedil. Ed. *Ubi pro* Strabonem graſonem legi vult HENRICUS LINDENBROGIUS [*in notis ad* CENSORINUM pag. 100. Lugduni Batavorum, cIↄIↄcxxxxII. in 8.] *Nam* γράσων ἄνθρωπος ὁ δύσοσμος.

Diluvio, diluvionis, *pro* diluvium, diluvii, Cap. XVIII.

Exigneſco. Exaqueſco. *Alternis temporibus mundus tum* exigneſcere, *tum* exaqueſcere *videtur.* Ibid.

Inenun-

Inenuntiabilis. *Plerique praeterea incomprehenſibile quiddam et* enuntiabile *eſſe exiſtimaverunt.* Cap. XVIIII.

Cavi menſes. *Sunt ſex; Iunius, Quinctilis, . . . Quatuor qui praecedunt, maiores et pleni dicuntur, cur ita, vide* Cap. XX.

Regifugium, Cap. XX. *Dies, quo reges Tarquinii Roma fugerunt. De quo ſic* Festus: Regifugium dies notatur in faſtis XI Kal. Martias, ut ait Verrius, ita dictus, quia eo die Tarquinius Roma fugerit.

Biſextum, Cap. XX. *Quod verbum et in Iure noſtro reperitur.*

Septimanus *et* Quinctanus: *Adiectivum. Nonae* ſeptimanae *et* quinctanae, Cap. XX.

Nabonnazaru. *Annorum quorundam nomen apud Aegyptios,* Cap. XXI. *De quibus vide* Scaliger. Lib. V. de Emendat. temp. pag. 368.

Horarium. *Pro* horologium *ſive* ſolarium, Cap. XXIII.

FRAG-

FRAGMENTUM INCERTI SCRIPTORIS,

Antea *Cenſorino* tributum, et cum ejus de *Die Natali* Libro continenter impreſſum, nunc ab eodem ſeparatum, correctiusque, et aliquot Capitibus, ex veteri Libro additis, auctius editum

a

LUD. CARRIONE.

CAPUT I.

DE NATURALI INSTITUTIONE.

Initia rerum eadem elementa et principia dicuntur. Ea Stoici credunt tenorem atque materiam. Tenorem, qui, rareſcente materia, a medio tendat ad ſummum; eadem concreſcente, rurſus a ſummo referatur ad medium. Thales Mileſius aquam principium omnium re-

rum

2 rum dixit. Alias opiniones 1) ſupra retuli. Stoicorum opinio probanda: qui, cum arte compoſitum mundi opus conſiderarent, a) introduxerunt Naturam providam ac ſapientem, quam ordo inpermutabilis oſtenderet; b) et induſtria
3 factum pronuntiaverunt. Sive perpetuus, ſive longaevus eſt mundus, et in flammis abit, et viciſſim ex flammis renovatur, c) ac reſtituitur, durantibus tamen principiis: 2) nec recidere ad d) nihilum videri poteſt, quod in ſe deficit, et
4 in ſe regignitur. Et conſtat quidem quatuor elementis, terra, aqua, igne, aëre: 3) cujus principalem Solem quidam putant, ut Cleanthes; e) ut Chryſippus, aethera: cujus motu perenni

VARIAE LECTIONES.

a) *al.* idcirco duxerunt. b) *Edit. Pariſ. de ao.* 1519 *omittit:* et. c) ac reſtituitur, poſt quod in ſe deficit. d) *Edit. Pariſ.* ad nihil. e) at Chryſippus.

NOTAE.

1) *Supra retuli*, al. *retulit.* Haec ab aliis huc injecta occaſionem dederunt, ut Cenſorino tribuerentur, cum non diſſimiliter eadem ſuperius tractaſſe videretur. CARRIO.

2) *Nec recidere ad nihilum.* Haec vulgo male corrupta ſunt, qua a ſcriptura, qua a diſtinctione. CARRIO.

3) *Cujus principalem ſolem.* Menagius legit *principale.* ED. CANTABR.

perenni 4) ſubjecta tenentur f) et adminiſtrantur, et ipſe quidem aether nihil patitur. 5) Aër aetherem ſupra, infra aquam, et aër ſupra aquam, infra terram. Terra omnia ex omnium permixtione progignit, et temperantia fovetur, intemperantia laeditur. Invicem porro elementa ſuccedere, et interitu ſingulorum univerſa fieri ſempiterna, manifeſtum eſt.

CAPUT II.

1) DE COELI POSITIONE.

Coelum circulis quinque diſtinguitur, quorum duo extremi maxime frigidi, auſtralis humillimus, et aquilonius excelſiſſimus. His utrimque

VARIAE LECTIONES.

f) *In Edit. Pariſ.* Cap. I. *hic concludit, et reliqua deſunt usque ad* manifeſtum eſt.

NOTAE.

4) *Tenentur et adminiſtrantur.* Reliqua vulgo deſunt. CARRIO. In Edit. Pariſ. iam cum voce *tenentur* Cap. I. terminatur.

5) *Et aër ſupra etc.* Haec corrupta ſunt, deeſt enim, quod de igne dici debet: neque ſatis conſiſtunt. CARRIO. Leg. *Aër aetherem ſupra, infra aquam, aqua infra terram, terra omnia etc.* nec requiritur hic, ut *ignis ſphaerae* mentio fiat, cum ſententiam Stoicorum referat, non Ariſtotelis. NUNNES.

1) *De coeli poſitione.* Haec quatuor capita, quae vulgo deſunt, edidimus ex Vet. Cod. item ex vetuſta editione Mediol. CARRIO. Eadem quatuor capita etiam in Edit. Pariſ. fruſtra deſiderantur.

que proxìmi duo paralleli vocantur, a) aeque, ut ita dixerim, diſtantes, iidem tropici, iidem ſolſtitiales: alter hibernus, per quem Sol, transmittens octavam partem Capricorni, ſolſtitium hibernum facit; alter aeſtivus, per quem Sol octava parte Cancri ſolſtitium aeſtivum fa-
2 cit. Medius eſt aequinoctialis, qui octava parte Arietis aequinoctium vernum, b) octava parte Librae auctumale conſtituit. Ut circuli in coelo, ita in terra zonae vocantur; inhabitabilis infra frigidus circulus ob rigorem, quod ab his longiſſime Sol abeſt: item extenſus in radios ae-
3 quinoctiales, quod ſub vertice Solis eſt. Sub quo quidam habitare dícunt 2) cydròphe, et Aethiopiae maximam partem. Item plurimas inſulas Maris Rubri, aliosque vertices eminentiasque terrarum noſtris ampliores, ſub tropicis habitare nihil dubium eſt. Noſter ſolſtitialis
4 aeſtivus eſt excelſus atque arduus. Diviſi a nobis circulo aequinoctiali 3) Antichthones vocantur:

VARIAE LECTIONES.

a) *Manut.* aequi diſtantes. b) octavam partem Cancri tranſcurrens.

NOTAE.

2) *Cydrophe.* In litura eſt haec vox, in V. Còdice. Pithoeano, et vet. Edit. *Cydropiae.* CARRIO.

3) *Antichthones.* Horum populorum meminit et Solinus Cap. LIII. §. 1. *Taproba-*

cantur: videntur humiles et depreſſi; quibusque 4) Antipodes infra ſunt. Quod ut poſſe videatur, efficiunt flexus obliquitatesque terrarum. 5) Antichthones idem 6) Antoecoe nominantur. Incipit 7) ſignifer non ab extremo circulo, nec ad extremum pertenditur, ſed ab 8) imo tropico auſtrali brumalique eodem per aequinoctialem ad ſummum ſolſtitialem eundemque c) aeſtivalem per medium 9) longitudinis latitudinisque porrectus obliquum. Circuli ſigni- 5

feri

VARIAE LECTIONES.

c) aeſtivum.

NOTAE.

probanem inſulam, ante, quam temeritas humana exquiſito penitus mari fidem panderet; diu orbem alterum putaverunt, et quidem eum, quem habitare Antichthones crederentur.

4) *Antipodes.* De quibus Solinus Cap. XVI. §. 2. *Alii ſtatuunt inter utrumque Solem, Antipodum occidentem, et noſtrum renaſcentem: quod adſpernatur ratio, tam vaſto mari duos orbes interfluente.*

5) *Antichthones.* Ita recte vetus Mediolan. male alii *actiones.* CARRIO.

6) *Antoecoe.* In membranis *antiſchepae*, in aliis, *antiſtoohaeret*, *antiſchepae.* IDEM.

7) *Signifer* idem quod Zodiacus ſive orbis animalis vel ſignifer. Qua de cauſſa Cicero de Divinat. *Viam quandam eſſe aiunt ſignifero in orbe, qui* ζωδιακὸς *dicitur.*

8) *Imo tropico.* Pith. et Mediol. *initio.* CARRIO.

9) *Longitudinis.* Pith. *longitudo in his.* IDEM.

feri çtrap . CCCLX. ſigna XII. partium ſingula tricenarum, quorum quaedam minora, quaedam d) ampliora et 10) populo...*...dicuntur, ſed compenſatio quinque partes creditur adplicare, ut ſint omnes ſigniferi partes CCCLXV. horum incipientia ab Ariete altera ſunt 11) maſculina, altera feminina: et maſculina quidem maſculorum natalibus, alia feminarum conve-
6 nientia. Idem quartum quodque eorum aut tropicum, aut 12) ſolidum, aut e) deforme. Incipiet denumeratio ab Ariete, quod ſignum tropicum eſt. Tropicorum duo ſunt aequinoctialia. 13) Aries et Libra; duo ſolſtitialia, Capricornus et Cancer. Tropicis proxima ſolida, antepoſita his deformia.

Caput

Variae lectiones.

d) *Cauchius leg.* πολυανάφορα. e) biformi, *ut Graeci* δίσωμον. *Virgilius Lib.* VI. *(Aeneid. v. 25.)* prolesque biformis.

Notae.

10) *Populo * dicuntur.* Haec in litura in membranis. Carrio.

11) *Maſculina.* Haec valde prava in membranis. Idem.

12) *Solidum aut deforme.* Repone *biforme,* et in fine cap. *biformia.* Ipſe auctor ſic nuncupat cap. 3. et Graece δίσωμα ea ſigna vocantur. Ptolem. Lib. 1. Τετραβίβλȣ. Nunnes.

13) *Aries.* Haec deſunt in membranis. Carrio.

CAPUT. III.

DE STELLIS FIXIS ET STANTIBUS.

Stellarum aliae cum coelo feruntur, ideo-
que, quod non excedunt ſuos locos, fixae no-
minantur: aliae contra coelum, et in ortus
coeli eunt, ſed mundi celeritate victae occidere
videntur cum eo, quamvis curſum ſuum pera-
gant. Sol maximum ſidus aetheris, medii 2
a) limite igneſcit, ſingulis diebus et noctibus
peragit ſingulas partes: ſigniferum pervadit
b) annum. Luna de Sole flammatur. Ambit
circuitu breviſſimo terram triginta diebus, adeo
vicina vertici terrae, junctaque, ut in umbram
ejus incidere ſoleat, et videri deficere eadem,
cum ſubiit Solem et ſubſtitit radiis, facit c) ob-
ſcurationem, quae defectio Solis videtur: inte-
rim tamen cava, paucioribus quam triginta
diebus, circulum ſuum tranſit. Saturni ſtella 3
per maximum ambitum fertur, ideoque trice-
nis menſibus ſingulis ſignis reſiſtit, per triginta
annos ſigniferum pertranſit: frigida et ſterilis,
infecunda, terris naſcentibus non ſalutaris, facit
adverſa

VARIAE LECTIONES.

a) lumine. *Cauchius*, limine. b) anno *Cauchius*. c) obſcuritatem.

adverſa diurna 1) et ſubita Jovis ſtella in ſin-
gulis ſignis annum manet, ſigniferum duode-
cim annis evadit, ſalutaris et temperata, et
4 2) univerſis d) euntibus proſpera. Martis ſtella
non eodem ſpatio ſignis ſingulis haeret, ſed
ſigniferum 3) novem fere annis pervagatur,
ignea, intemperans, et in adverſis et in e) mor-
talibus ſubita, vel f) ferit repentinis morbis,
vel ferro perimit. Stellae Mercurii et Veneris
Solem ſequuntur, eademque ſpatia cuſtodiunt.
5 Stella Mercurii fit ſimilis illi, quam videt; Ve-
neris, genitalis et roſcida, et proſpera, et ſa-
lutaris. Luna globum ſuum creditur habere,
ſed ignem a Sole concipere, et, quantum per-
cutitur, ardeſcere. Quando igitur a Sole di-
ſcedit, augetur: cum vero contra ſtetit, toto
feritur adverſo, et velut ſpeculum, non vim,
ſed imaginem reddit. Hac univerſa gignentia
creſcente

Variae lectiones.

d) eventibus. e) Mortibus *Cauchius.* f) *Manut.* perit. *fortaſſe.* petit.

Notae.

1) *Et ſubita.* Mediol. *nec ſubita.* Carrio.

2) *Univerſis euntibus.* Corr. *exiſtentibus.* Nunnes.

3) *Novem fere annis.* Cujusnam fuerit haec ſententia requirendum. Ab opinione publica longiſſime abhorret. Ex notis autem numerorum facillime errata multa naſcuntur. Idem.

creſcente pubeſcunt, tenueſcente tenuantur.
Humor etiam et ſpiritus omnis augeſcit: tu- 6
meſcit Oceanus, deinde cum ipſius fulgore conſidit. 5) Diverſo ergo 6) coeli et 7) vagantium ſtellarum concurſu, quod temperatur, utrimque deteritur, et infra fluit. Id excipit Luna, et Soli tradit: quo et animalia vigeſcunt, et humus quodammodo animatur genitali calore, et, ut ita dixerim, g) vivo. Plurimum 7
in originibus valent, quae in ortu 8) ſunt, languent in occaſu. Ortum facit ſtella, quam Sol praeterit, deinde ſtationem matutinam cum a quinto loco Solis ſteterit: in eodem manet ſigno, donec ab eodem Sole moveatur. Quae contraria eſt Soli, mane occidit. Oritur ſimul nocte, et vocatur 9*) deinde rurſus altero latere a quinto ſigno deprehenſa poſt meridianam

Variae lectiones.

g) *Cauch.* vivifico.

Notae.

4) *Tenueſcente.* Membran. *pubeſcente.* Carrio.

5) *Diverſo.Diverſi.* Idem.

6) *Coeli et* q.*circuli.* Idem.

7) *Vagantium.Vagantia.* Idem.

8) *Sunt.* Aliquid deletum in libro vetere. Idem.

9*) *Deinde rurſus:* Membranae, *acronicos.* Pith. *Acronicos acronicus:* Mediol. *Acronios.* in optimis eſt litura. Idem.

nam ſtationem facit; donec ingreſſo Sole idem ſignum ſub radiis ejus deliteſcat, et in totum
8 occidat. Adſpiciunt inter ſe ſtellae ex quinto ſigno, quod dicitur trigonon: et habent maximam conſenſionem. Item a quarto, quod dicitur tetragonon, et 10) centrum vocatur, et in alterutrum maximum praeſtant effectum. Idem ex contrario, quod eſt ſextum ſignum, et diametron vocatur, eſtque maxime adverſum. Caetera diſſident, vel leviter adſpiciuntur. Ter-
9 tium quodque h) dicitur hexagonon. Signa tropica peregrinationibus praeſunt, et omnino mobilibus, et in conſiliis ſubinde variant atque permutant: biformia geminatione rerum omnium repetitionem ſignificant; et interim dilatione ſolida vehementer et inſtanter efficiunt, et ad exitum vel proſpera vel adverſa perducunt, ſicut adſpiciuntur a ſtellis, vel faventibus, vel repugnantibus. Multum tamen refert, cujus quaeque ſtella domus ſit, alienae an
10 ipſius. Domus Solis eſt Leo, Lunae Cancer,

Mercurii

VARIAE LECTIONES.

h) quod dicitur.

NOTAE.

10) *Centrum.* Haec in Membr. in litura. IDEM:

11) *Sextum ſignum.* Correctum in vet. lib. *ſeptimum;* uti eſt in Pith. et Med. IDEM.

Mercurii Virgo et Gemini, Veneris Libra et Taurus, Martis Scorpio et Aries, Jovis Sagittarius et Piſcis, Saturni Capricornus et Aquarius. Nocturnis originibus favent Luna, Mars, Venus: plus die poſſunt Sol, Saturnus, Jupiter: Mercurius varie, et quomodo conſenſit aut viſus eſt.

Caput IV.

DE TERRA.

Terra omnium rerum eſt media, forma globoſa. Aquis cingitur, in a) aëra prominet, excipit coelum: aque omni vel b) temperie quantum adficitur, ita quaecunque ſuſtinet, adficit et movet. 1) Poterat finem liber, ple- 2
nus omnibus neceſſariis, jam videri conſecutus; ſed cum et mundi dimenſiones, et plurima praeterea in univerſis rebus, ratio Geometrica impleverit, pauca de numeris menſurisque dicamus.

CAPUT

Variae lectiones.

a) aëre. b) tempore.

Notae.

1) *Poterat finem liber.* Vel hinc videri poteſt, haec a ſuperiore Cenſorini libro eſſe aliena. Carrio. Ex his verbis omnino elici poteſt, hoc fragmentum pluribus ex capitibus, quae his erant praemiſſa, conſtitiſſe; alioquin de libri fine hic nondum ſermo eſſe poſſet.

Caput V.

DE GEOMETRIA.

Geometria eſt ſcientia dirigendi figuras, et numeros emetiendi cum ſuis reſolutionibus. Numerus eſt congregatio ſingulorum, finita ſemper, 1) et infinita natura.

Caput VI.

DE FORMIS.

Nota eſt, cujus pars nulla eſt. Linea longitudo ſine latitudine. Lineae autem a) finis, notae. Recta linea eſt, quae ſuper ſe b) poſitis notis aequabiliter poſita et ſubmiſſa eſt.
2 1) Quod longitudinem tantum habet ſummitatis. c) Finis lineae ſuper plana, quae dicitur ἐπίπε-

Variae lectiones.

a) *Cauch.* fines, Euclid. γραμμῆς δὲ πέρατα σημεῖα. b) *Cauch. ita:* ſita eſt, Summitas eſt, quae longitudinem tantum habet. Summitatis fines lineae ſunt. Plana dicitur ἐπίπεδος ſummitas eſt, etc. c) *Edit. Pariſ. hic diſtinctionem plane tollit, et ſic legit:* Quod longitudinem tantum habet ſummitatis finis lineae etc.

Notae.

1) *De infinita natura.* Ita membranae corrigunt, ut et Pith. et Mediolan. ſed in iis ante aberat copula *Et.* Vid. Euclidem principia Element. 1. Carrio.

1) *Quod longitudinem. Legend.*

ἐπίπεδος. Summitas eſt, quae ſuper 2) ſe poſitis rectis lineis aequabiliter poſita eſt, 3) vel quae ſuis finibus aequabiliter poſita eſt. Planus angulus eſt, in planitie duarum linearum, non e regione poſitarum, ad unum ſignum contingens curvatio. Hae lineae, quae angulum continent, cum rectae ſint, is angulus rectis lineis contineri dicitur. Si recta linea ſupra rectam 3
lineam ſtans continuos angulos inter ſe pares facit, tum uterque ex paribus angulis rectus dicitur; et ea linea Graece κάθετος, Latine 4) norma dicitur. Rectus angulus eſt modicus et ſibi congruens; hebes, major recto; acutus, minor 5) recto.

Caput VII.

DE FIGURIS.

Figurae eſt, quae aliquo fine, aut aliquibus finibus continetur. Circulus eſt figura plana, una

Notae.

Legend. quod longitudinem et latitudinem tantum habent. Summitati fines lineae. Superplana, quae dicitur ἐπίπεδος, ſummitas eſt quae etc. Nunnes.

2) *Se poſitis.* *Sic* Pith. alii, *ſepoſitis.* Carrio.

3) *Vel quae.* Haec addunt Membranae et vetus editio. Idem.

4) *Norma.* q. *Normales.* Idem. Editio Pariſ. habet *Normalis.*

5) *Recto.* Deeſt vulgo; male. Idem. Deſideratur etiam in Edit. Pariſ.

una linea comprehenſa, intra quem mediae
2 omnes lineae inter ſe pares a) ſunt. Centron
eſt nota circuli medii. Diametros eſt recta linea
per centron 1) emiſſa, et in utramque partem
ſecans circulum. b) Hemicyclium eſt circuli
dimidium. c) Euthygrammoi formae ſunt,
quae rectis lineis continentur. d) Trigonum,
trilaterum: tetragonum, quod quatuor: multilaterum, quod pluribus. Triangulum aequilaterum, quod paribus trinis lateribus e) concurrit; iſoceles, quod duo tantum latera
3 paria habet. Scalenon, quod tria latera
inaequalia habet. 2) Orthogonum, quod
habet

Variae lectiones.

a) *Edit. Pariſ.* ſint. b) *Edit. Pariſ.* Hemicyclum. c) *Edit. Pariſ.* Euthygrammae. d) *Cauch. ex Euclide,* τρίπλευρον quidem quod tribus; τετράπλευρον autem quod quatuor; ac πολύπλευρον quod pluribus, quam quatuor rectis lineis, continetur. Triang. etc. e) continetur. *In Edit. Pariſ. utrumque verbum deeſt.*

Notae.

1) *Emiſſa.* Editio Pariſ. habet *immiſſa.*

2) *Orthogonum. Haec ſic legenda ſunt:* Orthogonion, quod habet rectum angulum: amblygonion, quod habet unum angulum hebetem: oxygonion, quod acutos omnes tres angulos habet. Quadrilaterarum formarum

habet 3) (rectum angulum: amphigonum, quod habet hinc 4) inde angulum hebetem: oxygonon, 5) quod acutos omnes tres angulos habet:) quadrilaterum, ſormarum quadratum eſt, quod omnia quatuor latera habet, et angulos rectos; heteromeces, 6) (quod nec angulos, nec latera paria habet. Scutula, id eſt, rhom- 4
bos) 7) quod latera paria habet, nec angulos rectos, ſimiles f) ſcutulae: cujus contraria latera,

VARIAE LECTIONES.

f) ſcutellae *Edit. Pariſ.*

NOTAE.

marum quadratum eſt, quod omnia quatuor latera paria habet, et angulos rectos: heteromeces, quod rectos angulos nec latera paria habet; ſcutula, id eſt, rhombos quod latera paria habet, nec angulos rectos: ſimile ſcutulae, cujus contraria latera, et contrarii anguli inter ſe pares ſunt; ſed neque aequaliter, nec undique aeque rectis angulis: Trapezia caetera nominantur. *Hic ſimile ſcutulae eſt* ῥομβοειδές. NUNNES.

3) *Rectum angulum.* His notis [ ] incluſa ab editionibus abſunt. CARRIO. *Deſunt et in Edit. Pariſ. quae locum ſic exhibet:* Orthogonum, quod habet omnes rectos angulos quatrilaterum formarum etc.

4) *Inde angulum.* Vet. Cod. *habet inde angulum hebetem.* Corr. *habentem.* et in litura. CARRIO.

5) *Quod acutos.* Et haec ab editionibus abſunt. IDEM.

6) *quod nec — rhombos.* Qui paſſus incluſus ab Edit. Pariſ. plane abeſt.

7) *quod latera paria habet.* Editio Pariſ. quadrangulum nec latera paria habet, nec angulos rectos etc.

tera, et contrarii anguli, g) inter ſe pares 8) ſunt, ſed neque aequaliter nec undique aeque rectis angulis. Trapezia, caetera nominantur. Parallelae lineae, quae h) ſunt in eadem planitie poſitae, nunquam inter ſe contingunt.

CAPUT VIII.

DE POSTULATIS.

Poſtulata Geometrarum ſunt quinque, ut liceat ab omni ſigno ad omne ſignum rectam lineam ducere, et omnem finitam rectam lineam e regione 1) ejicere et 2) omni modo 3) et intervallo circulum ſcribere; 4) et omnes rectos

VARIAE LECTIONES.

g) *Edit. Pariſ. hunc locum non modo aliter diſtinguit, ſed et alio modo exhibet, nimirum:* inter ſe pares ſunt. Sed quadrilaterum omne, quod rectis angulis eſt, trapezia. Caetera nominantur parallel. lin. etc. h) ſunt *deeſt in Edit. Pariſ.*

NOTAE.

8) *Sunt, ſed etc.* Haec ineptiſſime ſcribuntur vulgo. IDEM.

1) *Ejicere. Pith.* ducere. CARRIO.

2) *Omni modo.* Fort. medio, i. e. centro. NUNNES. *Edit. Pariſ.* omnimodo.

3) *Et intervallo.* Interponunt vulgo, *ſigno ex intervallo.* CARRIO.

4) *Et omnes.* Haec omnia turpiſſime vulgo corrupta ſunt. IDEM. *Interponendum eſſet ante haec verba,* communes animi conceptiones.

Moxque

rectos angulos inter ſe pares eſſe; et ſi in lineam recta linea immiſſa interiores angulos minores duos rectis pares fecerit, a) erectas lineas b) concurrere. Si paribus paria adjecta a fuerint, omnia paria erunt: et ſi paribus paria demta, reliqua erunt paria; et quae eisdem paria ſunt, et inter ſe paria ſunt.

CAPUT IX.

DE MUSICA.

Prior eſt 1) Muſica inventione Metrica. Cum ſint enim antiquiſſimi poëtarum 2) Homerus, Heſiodus, Piſander, a) et hos ſecuti elegiarii,

VARIAE LECTIONES.

a) eiectas *Edit. Pariſ.* b) *al.* continere.

a) *Edit. Pariſ. omittit copulam* et.

NOTAE.

Moxque legendum: et ſi in rectas lineas linea immiſſa interiores angulos minores duobus rectis fecerit, erectas lineas concurrere. NUNNES.

1) *Muſica* auferendi caſus, *Metrica*, rectus. NUNNES.

2) *Homerus*. Cujus Carminis heroici auctoris et mentionem facit Horatius de arte poëtica v. 73. ſeqq.

Res geſtae regumque ducumque, et triſtia bella,
Quo ſcribi poſſent numero, monſtravit Homerus.
Verſibus impariter junctis querimonia primum,
Poſt etiam incluſa eſt voti ſententia compos.
Quis tamen exiguos Elegos emiſerit auctor,
Grammatici certant, et adhuc ſub judice lis eſt.

giarii, 3) Callimachus, Mimnermus, 4) Euhemerus: mox 5) Archilochus et Simonides, trimetricum jambicum, 6) b) chorium catalecticum, tetrametron c) compoſuerunt. Archilochus etiam commata verſibus adplicando variavit. 7) Eupolis per plurimas ſpecies ſecuit, Alcman

Variae lectiones.

b) choricum *Edit. Pariſ.* c) compoſuère *Edit. Pariſ.*

Notae.

3) *Callimachus.* In V. C. *Gallinus.* ſed et ſequentia nomina ibidem corrupte, *Minervus*, *Eurectus.* Carrio.

4) *Euhemerus.* *Lubens reponerem* Euenus. Nunnes.

5) *Archilochus.* Eum primum fuiſſe, cui Carmen jambicum debemus, liquet etiam ex Horatio de arte poetica v. 79. ſeqq.

Archilochum proprio rabies armavit jambo.
Hunc ſocci cepere pedem, grandesque cothurni,
Alternis aptum ſermonibus, et populares
Vincentem ſtrepitus, et natum rebus agendis etc.

6) *Choricon.* *Repono*, et choricon catalecticonque tetrametron compoſuerunt. Idem.

7) *Eupolis.* Vet. Cod. *ea potius*, et inlitura. Carrio. *Mallem*, Epodos, nam etc. Nunnes. Equidem nil mutandum eſſe arbitror, cum in praecedentibus de variis graecis ſcriptoribus ſermo eſt, et Eupolis unus graecorum veteris Comoediae fuit ſcriptorum, qui aeque celeber ac Archilochus erat, ut teſtatur Horatius Lib. II. Serm. Sat. 3. v. 11. ſeq.

Quorſum pertinuit ſtipare Platona Menandro?
Eupolin, Archilochum, comites educere tantos?

et Idem Lib. I. Serm. Sat. 4. v. 1. ſeqq.

Eupolis,

Alcman numeros etiam minuit in carmen 8) hinc d) poëtriae melicae; ac 9) Teleſilla etiam Argiva minutiores edidit numeros. Quae ſpecies cum iam diſpliceret, et integra brevior videretur, magnitudine Pindari adſerta eſt; qui etiam libros 10) innumeris modis edidit; e) hoc ſecuti muſici 11) Timotheus, et f) Pondos, et 12) g) Hyperides, et Follis, et clariſſimus cum peritia

VARIAE LECTIONES.

d) poeticae melicae *Edit. Pariſ.* e) hos *melius Edit. Pariſ.* f) Terpander *Cauch.* g) *Baſil.* Hyperides.

NOTAE.

Eupolis, atque Cratinus, Ariſtophanesque Poëtae,
Atque alii, quorum Comoedia priſca virorum eſt,
Si quis erat dignus deſcribi, quod malus, aut fur,
Quod moechus foret, aut ſicarius, aut alioqui
Famoſus, multa cum libertate notabant.

8) *Poëtriae melicae.* Vulgo, *poëticae.* CARRIO. *Melius* Poëtice melice. NUNNES.

9) *At Teleſilla.* Ἀτελης *illa* vulgo in membr. ἀτλης *illa.* Scribe: *At Teleſilla,* de qua vide Pauſaniam. CARRIO. Edit. Pariſ. etiam exhibet: ἀτελής. *Illa etiam Argiva etc.* ſed male.

10) *Innumeris.* Recte. Tale eſt illud, *numeri innumeri*, ut in Gellio diximus. CARRIO.

11) *Timotheus.* Vide Plutarchum et Suidam. Tria ſequentia nomina vereor, ut recte ſe habeant. IDEM.

12) *Hyperides.* ἐπισκεπτέον· *an* Hippoclides, *qui* ὀρχηστής *nobilis:* ἡ δὲ ὀρχηστικὴ *muſicae ſubjecta apud Veteres. Hic Cauchius legebat* Hipponax et Hyperides. *mox,* et Phyllis, *e Plutarcho.* NUNNES.

peritia tum eloquentia Ariſtoxenus, modulati
3 protinus cantus. 13) Nec tamen non putes antiquiores cantus eſſe numeris, ſed ruſticos et inconditos: poſt quos poëtica valuit, 14) veluti legitima; Muſica licentior, magisque modulata.

Caput X.

1) DE RHYTHMO.

Rhythmus creditur dictus a Rhythmonio Orphei filio, et 2) Idomoneae nymphae Maricae, ut tradit 3) Nicoſtratus, libro quem compoſuit de Muſico fratre Rhythmonii: 4) tradit Hyme-

Notae.

13) *Nec tamen non putes.* Membranae et vetus editio, *nec tamen an putes.* Correct. in Membr. *nec tamen an putes.* Carrio.

14) *Veluti legitima.* ὑποϛικτεον *hic.* Nunnes.

1) *De Rhythmo. Rhythmus eſt compoſitio quaedam ex ſenſilibus collata temporibus ad aliquem habitum ordinemque connexa.* M. Capella. Bacchius. Τȣτων (ῥυθμῶν) ἁπλοῖ πόσοι; ἓξ ἡγεμὼν, ἴαμβος, χορεῖος, ἀνάπαιϛος, ὄρθιος, σπονδεῖος. Συμπεπλεγμένοι δὲ πόσοι; Τέσσαρες παιὼν, βακχεῖος, δόχμιος, ἐνόπλιος. Haec damus, quoniam totum caput in Fragmento corruptum eſt. Ed. Cantabr.

2) *Idomoneae Nymphae.* Membran. *Et id nomen Aenymphae Maricae.* Carrio.

3) *Nicoſtratus.* Vulgo *Nicratus*, Membr. *Nicoſtratis.* aliae *Nicoſtratus.* Carrio. Edit. Pariſ. habet *Niceratus.*

4) *Tradit.* Locus foede corruptus. Membr. *tradit Hymene Varri, Tonis.* Carrio.

Hymenae Varrithonis autem et Chloridis 5) Tireſae filiae 6) Periclymenum et Perimedem, qui primus cecinerit res geſtas heroum muſicis cantibus.

CAPUT XI.

DE MUSICA.

Muſica eſt peritia faciendorum et canendorum modorum. Eius partes harmonica, 1) organica, a) crousmatica. 2) b) Crousmata, c) pulſus decori d) ſine carmine vocantur. Har-

VARIAE LECTIONES.

a) *Edit. Pariſ.* cruſmatica. b) *Edit. Pariſ.* Crusmata. c) *al.* pulſu decori. d) ſine carminis *Manut.* ſive carminis *Edit. Pariſ.*

NOTAE.

5) *Tireſae.* Ita Carrio, et Lindenbrogius, rectius Baſileenſis, *Tireſiae.* ED. CANTABR. Cum Baſilienſi congruit Editio Pariſienſis, quae etiam *Tireſiae* habet.

6) *Periclymenum et Perimedem.* Ita Vet. Cod. vulgo, *Pendemenum et Peridemen.* Alius Vet. Cod. *Periclimenum et Perimedium.* CARRIO. Edit. Pariſ. vulgatam lectionem exhibet: *Pendemenum et Peridemen.*

1) *Organica.* Edit. Pariſ. *rhythmica.*

2) *Cruſmata* vel *κρȣ̃ματα* ſunt ſonitus ex cymbalorum vel inſtrumentorum pulſatione, quae digitis pulſari ſolent, originem enim a graeco κρȣ̃ειν, id eſt, feriendo, verberando, pulſando ſive crepando trahunt. Hinc et Martialis Lib. VI. Epigr. 71. v. 1. ſeq.

Edere laſcivos ad Baetica
crusmata geſtus,
Et Gaditanis ludere docta modis.

3) Harmonia, eſt conſonantia. Organica, rhyth-
2 mos Graecé, modus dicitur Latine. Nomina-
tur verſus ab eo, quod fluat, ſeque ipſe cir-
cumeat. Modus autem eſt lex quaedam et or-
do vocalium intervallorum et differentia; e) vel,
ut Ariſtoxenus deſinit, non utcumque compo-
3 ſitum vocalium temporum intervallum. 4)*f) Car-
men

Variae lectiones.

e) velut *Edit. Pariſ.* f) carmen eſt modus vocibus junctus. *Manut.* Carmen eſt modus vocibus iunctus, cuius diſcrimina cantus, modus, motus. *Edit. Pariſ.*

Notae.

3) *Harmonia eſt Conſonantia organica.* Ita lege ſublata τελεία ςιγμῆ. Nunnes. In *Edit. Pariſ.* tollitur etiam punctum inter utramque vocem *conſonantia* et *organica*, ex quo liquet, Nunneſii lectionem atque interpunctionem eſſe electiſſimam.

Vel, ut Ariſtoxenus. Prout haec leguntur et diſtinguuntur, non crederes prius membrum eſſe Ariſtoxeni, ſed poſterius: ita ut pro una duas hic habere definitiones videamur, verum non ſic ab auctore ſcriptum, cum enim perpetuo ſequatur Ariſtoxenum, ita hic ab illo non recedit, quare legimus et diſtinguimus, *velut Ariſtoxenus deſinit*; eaque verba per parentheſin ſunt conſtruenda. Ariſtoxenus Lib. 1. p. 18. Ἔπειτα οὐ μόνον ἐκ διαςημάτων τε καὶ φθόγγων συνεςάναι δεῖ τὸ ἡρμοσμένον μέλος, ἀλλὰ προσδεῖται συνθέσεως τινος ποιᾶς, καὶ οὐ τῆς τυχούσης. Ed. Cantabr.

4) *Carmen eſt modus, motus.* Baſileenſis Editio habet *Carmen eſt modus vocibus junctus.*

men eſt modus motus. Tempus eſt ſyllabae ſpatium. Hujus elementum brevis ſyllaba. Diviſio, brevis alia, longa alia, et neutrius ratio eſt.

Caput XII.

a) De Modulatione.

1) Modulatio eſt modorum prudens diſpoſitio. 2) Ejus tres ſpecies, b) τόνος, χρῶμα, ἁρμονία.

Variae lectiones.

a) De Modulatione et carminum ſpeciebus *Edit. Pariſ.* b) *Cauch.* διάτονος.

Notae.

junctus, cujus diſcrimina cantus, modus, motus, hoc quoque probat Nunneſius; quoniam, inquit, ᾠδὴ eſt dulcedine ſoni verbum lexisve pronunciata, prout κρέματα vocantur, quae ſunt ἄνευ τῆς λέξεως, μετὰ ῥυθμοῦ δὲ καὶ μέλους, ut loquitur Ariſtides, ideoque ᾠδὴ ſeu carmen, eſt modus (μέλος) vocibus junctus. Idem.

1) *Modulatio.* Τοῦ μετὰ ἐπιτηδείως γινομένου μέλους, τῷ διαςηματικῇ χρῆσθαι τῇ τῆς φωνῆς κινήσει διοίσει τὸ μουσικὸν μέλος. Haec ſunt in Ariſtoxeno, quae propius abſcedunt ab hoc ſcriptore. Ed. Cantabr.

2) *Ejus tres ſpecies.* Τρία γένη τῶν μελῳδουμένων ἐςί· διάτονον, χρῶμα, ἁρμονία. ſed neque male Cauchius, διάτονος; ita Ariſtides uſurpat. Nunneſius retinet τονος, quod dicit poni pro διάτονον, ut ἁρμονία et χρῶμα; pro γένος ἐναρμόνιον et χρωματικόν. quod poſterius etſi verum eſt de Ariſtoxeno et Ariſto-

ἁρμονία. 3) Species carminum tredecim: ex quibus c) prima ſunt, 4) Dorium, Phrygium, Ly-
